Ducatur recta DO perpendicularis ad BL, aio cuiuscunque tandem generis sit curva BH summam omnium BK ad arcum semper iniri posse. Quia enim triangulum BOD simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ BDL vel $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ MNE, et angulus BDO = angulo DLB vel NEM, ideo

$$\frac{BD}{ME} = \frac{BO}{MN} = \frac{DO}{EN}.$$

Ergo $BD \frown MN$. semiquadratum maximae $BD = BO \frown ME$. seu BO in arcum.
$BD \frown EN$ (trilineum concavum) $= DO \frown ME$. semper ergo summa DO in arcum pendet a quadratura figurae et vicissim.
$BO \frown EN = DO \frown MN$.

Recta DO producatur, dum occurrat rectae BI in P. Aio summam omnium BP ad basin semper quadrari posse. Est enim $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ PBD simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ MNE. et angulus BDP aequalis angulo NEM. Ergo

$$\frac{DP}{ME} = \frac{PB}{MN} = \frac{BD}{EN}.$$

---

1 f. *Anderer Ansatz:*
$$\frac{\frac{a^2}{x} - \frac{a^2}{2x}}{x} = \frac{\frac{a^2}{x}}{z}. \text{ Ergo } z = \frac{a^2}{x} \frown \cfrac{x^2}{\cfrac{a^2}{\cancel{x}} - \cfrac{a^2}{2\cancel{x}}}. \quad z = \frac{a^2}{x} \frown \frac{2x^2}{a^2}. \quad z = 2x.$$

14 f. vicissim. | Innumeras dare possumus figuras quadrabiles, datis ipsis *gestr.* | BO ⌢ EN *L*
15 f. DO ⌢ MN. | Sed hoc obiter, nunc ad methodum novam universalemque | aliam a priore *erg.* | quadrandi omnes figuras accedemus: *gestr.* Recta ... occurrat *gestr. u. wieder gültig gemacht* | rectae *L*

Ergo $DP \frown EN$ seu ad basin $= BD \frown ME$ ad arcum seu momento arcus ex vertice.
$DP \frown MN = PB \frown ME$. seu summa omnium DP simpliciter $=$ summae omnium PB ad arcum.
$PB \frown EN = BD \frown MN$. seu summa PB ad basin $=$ semiquadrato BD.

Sed quia PB ad basin quadrabilis, ergo summa omnium PQ absolute erit quadrabilis, nam $PQ \frown MN = PB \frown EN$.
Ecce ergo aliam methodum universalissimam quadrandi figuram quamlibet datam, si quaeratur alia figura, in qua applicatae omnes figurae datae, faciant functionem rectarum QP.

Intelligi ex hoc exemplo potest, plerumque si quae lineae ad arcum basinve semper quadrentur, alias eius ope reperiri posse, quarum summa simpliciter semper quadretur. Ac totidem habebuntur methodi universales quarum singulis quadrari possunt figurae in universum omnes. Sed ex his tres illae methodi principales, quarum duas hoc loco, primam alibi dedi, ubi ostendi summam omnium DR semper quadrari posse; videntur suffecturae, saltem ut se mutuo examinent vitandi erroris calculi causa. Cum alioquin vel unica earum sit suffectura ad problemata in universum omnia resolvenda.

3 f. arcum. | Sed haec obiter, nunc tandem *gestr.* | PB $\frown$ EN *L*   10–16 Intelligi … resolvenda. *erg.* *L*

---

6 nam $PQ \frown MN = PB \frown EN$.: Diese Begründung ist falsch, anstelle davon müsste es vielmehr $\dfrac{PQ}{ME} = \dfrac{PB}{EN}$ heißen.   14 alibi dedi: s. o. Prop. 6,12; die allgemeine Aussage steht N. 28 S. 503 Z. 24 f.

28. TRIANGULUM CHARACTERISTICUM ELLIPSIS
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 359–360. 1 Bog. 2°. ca 3. S. — Von Bl. 359 ist die obere äußere Ecke abgerissen, hinzu kommen drei kleinere Ausrisse am oberen Rand, dadurch geringfügiger Textverlust. Von Bl. 360 fehlt außen ein Streifen von ca 9 cm Breite, zudem ist ein trapezförmiger Teil von ca 11 x 18 cm herausgerissen. (Möglicherweise sind die zwei Stücke beieinandergeblieben.) — Überschrift ergänzt, verschiedene spätere Zusätze, unter Fig. 1 Fragment einer Bleistiftzeichnung, weitere isolierte Betrachtungen. Textfolge: Bl. 359 r°, Bl. 359 v° oben. Bl. 360 v°, interlineare Zusätze = Teil 1; separate Zusätze in der Mitte der Doppelseite 360 v°/360 r° = Teil 2; Bl. 359 v° Rest und Bl. 360 r° = Teil 3; isolierte Betrachtungen auf Bl. 360v° sowie Bl. 359 v° und 360 r° = Teil 4.)
Cc 2, Nr. 548

Datierungsgründe: In dem vorliegenden Stück wird das ursprünglich am Kreis gefundene charakteristische Dreieck auf die Ellipse angewandt. Die Studie ist demnach etwas später als N. 21 und N. 23 verfasst; sie setzt die Betrachtungen von N. 26 und N. 27 fort. Die beiden nächsten Nummern, N. 29 und N. 30, sind jeweils unmittelbare Folgestücke.

[*Teil 1*]

T r i a n g. c h a r a c t e r i s t i c u m e l l i p s i s



[*Fig. 1*]

Character ellipsis: Si quae⟨libet contin⟩gens product⟨ae ellipseos dia⟩me⟨tro cuicumque occurrat,⟩ atque a puncto contactus B ad eandem diametrum recta B⟨E ordinatim ap⟩plicetur, er⟨it rectangulum sub⟩ diametri portionibus AE. EF a centro F per contingentem AB applicatamque BE abscissis, semidia⟨metri quadrato aequale.⟩

$CF = a$. $EF = b$. Iam $EB = \llcorner Rq\, a^2 - b^2 \lrcorner \frown \beta$. Omnis enim ⟨— —⟩ habet rationem quandam certam ad sinum cuiusdam circuli, quae ratio sit β. et radius illius ⟨— —⟩

P r o p. 1. Iam ⟨— —⟩ ergo $\dfrac{CF\,\square}{EF} = AF$. ergo summa AE. seu $AF - EF$. pendet a spatio hyperbolico quia summa EF quadra⟨— —⟩

Ducatur ⟨trian⟩gulum characteristicum inassignabile BGH. simile ipsi ABE. ita ut HB sit portio inassignabilis curvae, HG portio infinite parva altitudinis, BG portio infinite parva basis. Comparatio haec erit: $\dfrac{AE}{GH} = \dfrac{AB}{BH} = \dfrac{BE}{BG}$. Hinc propositiones transformatoriae.

P r o p. 2. $AE \frown BH = AB \frown GH$. applicatae spatii hyperbolici translatae ad curvam, aequantur summae tangentium ellipseos.

P r o p. 3. $AE \frown BG = BE \frown GH$. seu applicatae hyperbolicae ad basin, quadrantis elliptici (quarum summa aliunde facile haberi potest, cum haberetur si basis FI esset $= CF$. seu si ellipsis essset circulus, ut alibi ostendimus summam secantium circuli in basin aequari radio in arcum; et ideo sufficit hoc productum

---

7 *Zu* summa AE: Male. Summa omnium AF est spat⟨— —⟩

1–4 *Bezeichnungen erg. L; Textverlust erg. Hrsg. nach de Witt.* 6 et radius illius ⟨— —⟩ *erg. L* 7 $\dfrac{\mathrm{CF}\,\square}{\mathrm{EF}} =$ *(1)* AE. *(2)* AF. *L* 7 summa AE. | seu AF − EF. *erg.* | *(1)* est *(a)* hyperbola *(b)* spatium hyperbolicum *(2)* pendet *L* 8 quia summa EF quadra⟨— —⟩ *erg. L* 10 sit portio *(1)* minima *(2)* inassignabilis *L* 18 circuli *erg. L*

1–4 S. J. de Witt, *Elementa curvarum linearum*, 1659, Buch I Satz 18, *DGS* II, S. 224. 3 portionibus AE. EF: Anstelle von AE müsste es AF heißen. Leibniz hat das Versehen in Z. 7 korrigiert. Er hat die Verbesserung allerdings nur dort vorgenommen. Dadurch werden alle Betrachtungen, in welche diese Beziehung eingeht, falsch. 17 alibi ostendimus: N. 27, prop. 1. 18 sufficit: Diese Aussage ist unzutreffend.

multiplicari per β. rationem applicatae ellipticae ad circularem, idemque haud dubie hic provenit), aequantur portioni ellipticae CBE.

P r o p. 4. $AB \frown BG = BE \frown BH$. seu tangentes ellipticae ad basin, aequantur momento arcus ex altitudine. Si ergo summa inveniri potest tangentium ellipticarum, ad basin, haberi potest superficies sphaeroeidis circa altitudinem, adde prop. 5. (pendet ex q. circ.)

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: BGH et BEK. Ergo: $\dfrac{BK}{BH} = \dfrac{BE}{GH} = \dfrac{EK}{BG}$.

P r o p. 5. $BK \frown GH = BE \frown BH$. Summa perpendicularium ad altitudinem scilicet, aequatur momento arcus ex altitudine.

C o r o l l. Ergo summa perpendicularium ad altitudinem aequatur summae tangentium ad basin, adde prop. 4. et 10. (pendet ex q. circ.).

P r o p. 6. $BK \frown BG = EK \frown BH$. Perpendiculares ad basin aequantur intervallis perpendicularium et applicatarum in altitudine, ad arcum (proportionalibus EF ad arcum seu momento arcus ex basi). Ergo CE ad curvam pendent ex momento arcus ex basi (pendent ex q. hyp.).

P r o p. 7. $BE \frown BG = EK \frown GH$. Sinus seu applicatae ellipticae ad basin (quae figura q u a d r a r i potest, ut in sinubus circuli ad basin ostendi), aequantur intervallis applicatarum et perpendicularium in altitudine ad altitudinem.

C o r o l l. 1. Ergo summa intervallorum applicatarum et perpendicularium in altitudine, q u a d r a r i potest.

C o r o l l. 2. Ergo etiam q u a d r a r i potest summa omnium KF seu intervallum perpendicularis a basi, in altitudine sumtorum.

C o r o l l. 3. Et summa omnium CK.

NB. Sinus ad basin in omni figura sunt quadrabiles. Ergo et semper summa omnium EK. Hinc sequeretur ad quadrandam figuram datam, nihil aliud opus esse, quam aliam

6 (pendet ex q. circ.) *erg. L* 8 f. ad altitudinem scilicet *erg. L* 11 (pendet ex q. circ.) *erg. L* 13–15 (proportionalibus ... q. hyp.) *erg. L* 17 ad basin *erg. L* 18 in altitudine *erg. L* 22 f. sumtorum. *(1)* C o r o l l. 3. Ergo et summa omnium BM *(2)* C o r o l l. 3. *L* 24–504,2 NB. Sinus ... $\dfrac{\mathrm{BE}^2}{2}$. *erg. L*

17 ostendi: N. 27, prop. 12.

quaerere, in qua applicatae figurae datae faciant functionem EK. Summa omnium EK, a C usque ad $E = \dfrac{BE^2}{2}$.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: ABK et BGH. $\dfrac{AK}{BH} = \dfrac{AB}{GH} = \dfrac{BK}{BG}$.

P r o p. 8. $AK \frown GH = AB \frown BH$. Iam $AK = AE + EK$. Et summa omnium AE est spatium hyperbolicum per prop. 1. Summa omnium EK est quadrabilis prop. 7. coroll. 1. Ergo

C o r o l l. Figura omnium tangentium ad arcum, pendet a quadratura hyperbolae.

Restat quaerenda summa omnium EK ad basin. Ea autem pendet a q. ellipseos quia proportionalis summae omnium EF. ad basin, ut alibi ostendam ex iis quae Schoten. ad Cart. p 245. Ergo summa omnium CE ad basin pendet ab eadem.

P r o p. 9. $AK \frown BG = BK \frown BH$. Ergo secantes ex perpendiculari ad basin, aequantur perpendicularibus ad arcum, adde prop. 14.

P r o p. 1 0. $AB \frown BG = BK \frown GH$. habuimus prop. 5. coroll.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: BLM et BGH. $\dfrac{BL}{BH} = \dfrac{BM}{GH} = \dfrac{LM}{BG}$.

P r o p. 1 1. $BL \frown GH = BM \frown BH$. Summa tangentium complementi elliptici ad altitudinem, aequatur figurae sinuum complementi ellipticorum ad arcum, seu momento arcus elliptici ex basi.

C o r o l l. Hac ergo summa opus est, ad inveniendam superficiem sphaeroeidis circa basin voluti.

---

10 *Unter* ostendam: NB.

6 prop. 7. coroll. 1. *erg. L* 9–11 Restat quaerenda ... ab eadem. *erg. L* 13 arcum *(1)* . C o r o l l. 1. Ergo aequantur momento arcus ex altitudine, per prop. 5. *(2)* . C o r o l l. 1. Ergo aequantur summae tangentium ad basin, prop. 5. coroll. 1. *(3)* Corollarium *(4)*, adde prop. 14. *L* 16 f. ad altitudinem *erg. L*

---

10 f. Schoten.: *Commentarii*, *DGS* I S. 245.

P r o p. 1 2. $BL \frown BG = LM \frown BH$. Tangentes complementi elliptici ad basin, aequantur intervallis applicatarum basis, et tangentis in basi assumtis, ad arcum.

P r o p. 1 3. $BM \frown BG = LM \frown GH$. Seu sinus complementi ad basin (= quadrilineo figurae $FCBM$) aequantur summae intervallorum applicatarum basis et tangentis in basi assumtorum, ad altitudinem.

C o r o l l. Horum ergo summa pendet a dimensione figurae.

P r o p. 1 4. Figura perpendicularium ad arcum, aequatur trilineo CBK portione altitudinis CK, maxima perpendiculari BK, et curva CB comprehenso, duplicato, ablata portione CHB, aequatur ergo quadrilineo $KCBN$.

C o r o l l. Ergo figura perpendicularium ad arcum pendet a figurae quadratura.

C o r o l l. Quemadmodum et figura secantium ex perpendiculari, ad basin per prop. 9.

P r o p. 1 5. Si curva in partes notae progressionis (ut aequales, continue crescentes uniformiter etc.) secta, fieri potest, per naturam figurae datae, ut series perpendicularium in ea quoque ratione crescat, quae in progressionem chordarum curvae ducta, sit capax summationis; tunc data dimensione arcus datur area figurae et vicissim.

⟨— —⟩s recta quaedam ⟨— —⟩ ⟨—⟩am ⟨perpendi⟩culariter cuius omnia puncta iacent in eodem plano; et recta quoque in eodem semper plano cum curva maneat, aream zonae productae, ex data curvae area invenire. Problema satis difficile.

---

7 *Zu* P r o p. 1 4. $\mathfrak{H}$. adhuc ab interiecta $\bigtriangledown^{\mathrm{la}}$, videndum an illa nullius considerationis.

9 ablata portione ... KCBN. *erg. L* 12 f. prop. 9. *(1)* Prop. 15. Si *(a)* series *(b)* progressio perpendicularium ad eam speciem redigi potest, in qua ducta basis | seu terminus maximus *erg.* | in certam partem altitudinis | producit summam *gestr.* | seu numeri terminorum, producit summam ut sit in applicatis *(aa)* hyperboloei *(bb)* paraboloeidum, poterit haberi dimensio curvae, data dimensione figurae, et vicissim. C o r o l l. Ergo si qua sit figura eius naturae, ut perpendicularis *(aaa)* ex curva *(bbb)* ad curvam, inde ductae ad altitudinem sint progressionis *(aaaa)* hyper *(bbbb)* paraboloeidum. *(2)* P r o p. 1 5. *L* 13 partes *(1)* aequales secta, perpendiculares sunt in *(2)* notae *L* 16 datur *(1)* di *(2)* series *(3)* area *L* 20–506,1 difficile. *(1)* P r o p. 1 5. [*sic!*] Quotiescunque in figura quadam contingit, ut quocunque assumto curvae puncto E. *(a)* ea sem *(b)* eadem semper ratio sit *(2)* Nota perpendicularis BK = *(3)* Perpendicularis *L*

Perpendicularis $BK\,\square = [CF\,\square - EF\,\square, \beta^2 + EK\,\square.]$
$\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: ABE et BLM.

$\dfrac{AB}{BL} = \dfrac{AE}{BM} = \dfrac{BE}{LM}$. $\qquad \dfrac{AB}{BK} = \dfrac{AE}{BE} = \dfrac{BE}{EK}$.
$AB \frown BM = AE \frown BL$. $\qquad AB \frown BE = AE \frown BK$.
$AB \frown LM = BE \frown BL$. $\qquad AB \frown EK = BE \frown BK$.
$AE \frown LM = BE \frown BM$, quadrabilia. $\qquad AE \frown EK = BE\,\square$, quadrabilia.

Iam $CF\,\square = AE \frown EF$. Ergo $\dfrac{CF}{AE} = \dfrac{EF}{CF}$. vel $\dfrac{CF}{EF} = \dfrac{AE}{CF}$.

Ex hoc dato iam quaeratur ratio alia triangula similia construendi, quae non ex generali natura omnium figurarum, sed ex speciali ellipseos pendeant. Quod fit inveniendo aliam rationem quae sit $= \dfrac{CF}{EF}$ vel $\dfrac{AE}{CF}$.

Ducatur linea CP parallela AL. manifestum est $\dfrac{AE}{CF} = \dfrac{AB}{CP} = \dfrac{BE}{[PF]}$. duo triangula rectilinea. Hinc iam $\dfrac{CF}{EF} = \dfrac{AB}{CP} = \dfrac{BE}{[PF]}$. item $\dfrac{CF}{EF} = \dfrac{AE}{CF} = \dfrac{AB}{CP}$. item $\dfrac{CF}{EF} = \dfrac{AE}{CF} = \dfrac{AB}{[PF]}$.

Totidemque construi possunt triangula similia quanquam non sint omnia futura rectilinea. Erunt tamen quaedam rectilinea et videndum quaenam ex illis futura sint similia $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ characteristico.

Quaerendum est quoddam triangulum characteristico simile cuius unum latus sit perpetuum, sive id sit latus rectum, sive transversum etc., sive distantia focorum.

1 CF$\,\square$ + CE$\,\square$, β^2 + CK. *L ändert Hrsg.* 7 f. $\dfrac{\text{AE}}{\text{CF}}$. *(1)* Ergo si super recta CF erigatur $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ cuius altitudo CF quadratum *(2)* Ex *L* 11–13 PM *L ändert Hrsg. dreimal* 11 f. duo triangula rectilinea *erg. L* 14 f. sint | omnia *erg.* | futura *(1)* rectangula *(2)* rectilinea *L* 15 sint *(1)* aequalia *(2)* similia *L* 17 characteristico simile *erg. L*

11 Ducatur: Die Linie CP hat Leibniz in der Figur nicht ausgeführt. Die Punktbezeichnung P tritt in der Figur in anderer Funktion auf.

[*Teil 2*]

⟨— —⟩ ⟨m⟩edia proportionalis inter EK et KA. id est inter EK et E⟨— —⟩
⟨— —⟩ $Rq\,EK\,\square + AE \frown EK$.
⟨— —⟩ ⟨—⟩$EK\,\square + BE\,\square$.

Investigandus est locus omnium BK. altitudini applicatorum, seu locus $Rq\,EK\,\square + BE\,\square$. Videndum ad non BP fieri debeat radius. Pro $BE\,\square = \dfrac{a^2 - EL\,\square}{\gamma}$ fiet $BK = Rq\,EK\,\square + \dfrac{a^2 - EL\,\square}{\gamma}$. ratio autem $EK\,\square$ ad $\dfrac{EL\,\square}{\gamma}$ semper eadem δ. et ideo $EK\,\square = \dfrac{EL\square}{\delta\gamma}$. fiet: $\dfrac{a^2}{\gamma} - \dfrac{EL\,\square}{\delta\gamma - \gamma}$ [*sic!*].

$$\frac{AK}{AB} = \frac{AB}{AE} = \frac{BK}{BE}.$$

$$AK = \frac{AB\,\square}{AE} = \frac{AE\,\square + BE\,\square, \frown EF}{CF\,\square}. \qquad EK = \frac{AE\,\square + BE\,\square, \frown EF}{CF\,\square} - \frac{CF\,\square}{EF}.$$

$$\frac{CF\,\square\square}{EF\,\square} + \beta CF\,\square - AF\beta\,\square = AB\,\square = AK \frown AE.$$

$$AK\,\square - AB\,\square = BK\,\square. \qquad AB \frown BK = AK \frown BE. \qquad BK = \frac{AK \frown BE}{AB}.$$

NB. Haberi potest summa quadratorum omnium EK (quippe pyramis) et omnium EB. ergo et omnium KB.

3 AE $\frown$ EK. | $= \dfrac{\mathrm{CF}\,\square}{\beta}$. Erit ergo ⟨— —⟩ *gestr.* | *L*   4 BE$\square$. | ⟨— —⟩$\dfrac{\mathrm{CF}\,\square}{\mathrm{EK}\beta}$. | Ergo *nicht gestr.* | ⟨— —⟩$\dfrac{⟨—⟩\mathrm{F}}{\mathrm{Rq}\,\beta}$. absurdum ⟨—⟩ enim omnes BE $=^{\text{les}}$. *gestr.* | *L*   5 | Latus transversum q. rectum r. Ergo $\dfrac{\mathrm{EK}}{\mathrm{EF}} = \dfrac{\mathrm{r}}{\mathrm{q}}$. Ergo EK $= \dfrac{\mathrm{r} \frown \mathrm{EF}}{\mathrm{q}}$. $\dfrac{\mathrm{EK} \frown \mathrm{q}}{\mathrm{r}} = \mathrm{EF}$. *gestr.* | Investigandus *L*

2–4 Trotz des Textverlustes ist die Rechnung klar: Leibniz berechnet die Größe BK auf zweierlei Weise. Aufgrund der (irrigen) Beziehung $CF\,\square = AE \frown EF$. folgt dann ein absurdes Ergebnis, worauf Leibniz streicht und nur die (richtigen) Ausgangsformeln stehen lässt.   5 Die folgende Betrachtung leidet unter Rechenfehlern und unklarer Bezeichnungsweise; sie wird von Leibniz ergebnislos abgebrochen.   11 Leibniz verwendet hier bei der Quadratbildung keine Klammern; AF ist eine Verschreibung für EF.

NB. BK ad $BP = EK$ ad EF. Ideo porro EK semper ad EF eandem habet rationem, quae est lateris recti ad transversum. Ergo tum summa omnium EK ad summam omnium EF erit ut latus rectum ad transversum, verum etiam momentum curvae ex altitudine ad momentum curvae ex basi, ergo dato uno dabitur alterum, seu data quadratura circuli dabitur q. hyp. et vicissim, imo et sectio angulorum universalis. Imo e r r o r habeo tantum perpendicularium ad basin summam ad altitudinem. Non summam eorum ad basin.

Haberi possunt et omnia AE in EK id est quadrata $\dfrac{CF\,\square}{EF} \frown EK$. id est $CF\,\square$ multiplicata per rationem lateris recti ad transversum. Ergo habemus et $\square^{\text{ta}}$ omnium AB.

Ex prop. 6 hanc consequentiam duco: cum perpendicularis super altitudinem ad basin, sit $= EK$ ad arcum, et EK ad arcum sit ad EF ad arcum, ut latus rectum ad transversum, et EF ad arcum = perp. super basin, ad axem, ergo perpendicularis super axem ad basin, ad perpendicularem super basin ad basin, seu BK ad BP ut latus rectum ad transversum: confirmatio priorum.

Summa omnium BP ad altit. = omnibus MP ad arcum (ob $\bigtriangledown BMP$).

Ad p r o p. 8. Cum autem sit $\dfrac{AE}{BM = EF} = \dfrac{AB}{BL} = \dfrac{BE}{LM} = \dfrac{CF\,\square}{EF\,\square}$. quia $AE = \dfrac{CF\,\square}{EF}$. hinc multae possunt consequentiae duci. Primum $EF\,\square$ ad arcum quadrari pot-

---

1 f. *Zusätzlich daneben in größerer Schrift:* NB.

4 f. *Daneben:* Error

18–509,1 *Darüber:* Dubito; *zusätzlich daneben:* ♃.

6 perpendicularium | hyp. *gestr.* | *(1)* relationem *(2)* ad basin *L* 11 cum *(1)* perpendicularium super altitudinem summa *(2)* perpendicularis *L* 14 super *(1)* axem ad altitudinem, ut *(2)* basin *L* 18–509,1 Primum | EF □ ... spatium hyp. *gestr. und wieder gültig gemacht* | Quod *L*

---

17 Ad p r o p. 8.: Die folgende Betrachtung ist nur teilweise richtig.

est, nam EF ad arcum est, spatium hyp. Quod si ducantur in EF triangularia, quadratur, cum habeatur eius momentum, modo per rationem CF ad FL multiplicetur. $CF\,\square$ autem ad arcum est superficies cylindrica elliptica ducta in CF. Hoc verum constet, si momentum applicatarum spatii hyperbolici sit ex diametro coniugata, quod probabile puto, cum decrescat momentum cum applicata. Sin minus EF in arcum saltem pendebit ex q. hyp. sed credibilior quadrabilitas, quia Hug. pag. 78. iunct. pag. 77. satis explicare videtur EF in arcum pendere ex hyperbola pag. 78. descripta. Eius autem momentum cum applicata decrescens est ex summitate eius E. id est ex diametro coniungata.

$CF\,\square$ ad altitudinem, ut et $EF\,\square$ ad altit. quadrabilia. $CF\,\square$ ad basin quadrabilia, $EF\,\square$ ad basin non sunt quadrabilia, sed pendent ex q. circ.

NB. Cavendum, neque enim ratiocinandum est ad rationum summas.

[*Teil 3*]

Ex prop. 4. et 5. habemus duas methodos universales: cuicunque superficiei curvae ex revolutione genitae, exhibere planam aequalem. Et nunc utilius est tangentes ad basin, nunc perpendiculares ad rectam exhibere, prout scilicet figura quae oritur simplicior aut tractabilior est, apparet autem figuras illas quanquam heterogeneas esse inter se aequales. Hinc cuilibet opinor figurae dari potest heterogenea aequalis. Et vicissim ut arbitror cuilibet planae aequalis superficies curva, investigando scilicet locum eiusmodi applicatarum ad altitudinem transformatarum in perpendiculares, et applicatarum ad basin transformandarum, in tangentes.

7 videtur *(1)* spatium *(2)* momentum *(3)* EF *L* 10 f. circ. *(1)* Hinc summa omnium *(2)* NB. *L* 11 summas. | EK sic exprimi debet, vide Schoten. p. 245 ad Cartes.: EK (*(1)* = LMC *(2)* LM = PM ex fig. Schoten.) *gestr.* | *L* 13 *(1)* Notandum est cum duos invenerim modos *(2)* Ex *L* 18 cuilibet *(1)* rectae *(2)* curvae ae *(3)* planae *L*

6 Hug.: Chr. Huygens, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 77 f. (*HO* XVIII S. 215–221). 10 $EF\,\square$ ad basin: Auch diese Beziehung ist im Sinne von Leibniz quadrierbar. 22 vide: s. Fr. v. Schooten, *Commentarii*, *DGS* I S. 245, s. a. oben S. 504 Z. 10 f. Leibniz bezieht sich auf folgende Figur:



fig. 1.



[*Fig. 2*]

Vicissim cum infiniti assumi possint axes, circa quos aliqua curva data agi intelligatur non est dubitandum, quin ab una qualibet linea curva describi possint, et fortasse complures superficies, in circulos commutabiles, ut curva [*ac*] agi potest circa axem *ab* et *bc*, et *ad* et *cd*. Imo et *ae* et *ec*, et *af* et *cf*.

Nota autem si duo axes paralleli sibi oppositi sint, ita, ut circa unum ut *ab* describatur superficies curva concava, circa alterum ut *ec* superficies curva convexa; momenta sibi mutuo complemento esse ad superficiem curvam cylindricam cuius basis curva *ac*, altitudo, ipsa *ae* distantia parallelorum axium [*ab* et *ce*. Nota].

Cuius rei haec demonstratio est. Quoniam enim cuiuslibet arcus infinite parvi ut *i*, momentum ex *ab* est ipsa recta *ig* seu distantia ab axe librationis, in arcum cuius momentum quaeritur, ducta, vel quod idem est, ei perpendiculariter imposita; et vicissim

3 qualibet | linea *erg.* | curva *(1)* | inf *gestr.* | occurrere *(2)* describi *L* 4 ad *L ändert Hrsg.* 6 paralleli *erg. L* 9 ab, et N. *L ändert Hrsg.* 10 cuiuslibet *(1)* exigui *(2)* arcus *L*

1 [*Fig. 2*]: Zu dieser Figur hat Leibniz eine Vorform gezeichnet. Diese ist gänzlich in der endgültigen Figur enthalten; sie wird deshalb nicht gesondert wiedergegeben.

momentum arcus $\underline{i}$, ex axe librationis $\underline{ec}$ est recta $\underline{ih}$. arcui imposita. Apparet autem ubicunque punctum $\underline{i}$ sumatur semper $\underline{gi} + \underline{ih} = \underline{ae}$. Ergo summa omnium $\underline{gi}+$ $\underline{ih}$ arcui impositorum seu summa utriusque momenti eiusdem arcus tam ex recta $\underline{ab}$ quam ex opposita $\underline{ec}$. erit summa omnium $\underline{ae}$, arcui eidem impositorum, seu superficies cylindrica cuius basis curva $\underline{ac}$. altitudo recta $\underline{ae}$.

Hinc sequitur dato momento curvae ex recta $\underline{ab}$. et data recta curvae aequali, haberi etiam ex recta $\underline{ec}$. Item patet, si summa momentorum ex $\underline{ab}$ et ex $\underline{ec}$ habeatur, habitum iri, quicunque alii axes v. g. $\underline{ad}$. $\underline{df}$ assumantur, semper enim erunt istae summae, ut axes. Ideo innumeras figuras heterogeneas aequales hac methodo rursus habebimus. Hinc etiam methodi innumerae investigandi quantitatem ipsius curvae, sive possunt infinita exhiberi spatia a quorum quadratura curvae ipsius extensio pendeat.

Nec proinde desperandum, ex infinitis methodis occurrere posse unam pluresve in unaquaque curva, quibus incidatur in spatium quadrabile, quo proinde rectae aequalis curva exhibeatur.

Hinc illud quoque apparet summam omnium perpendicularium $\underline{kl}$ ad altitudinem seu axem $\underline{ab}$, aequari ipsi $\underline{ae}$ in totam curvam. Quod aliter quoque ac simplicius sic demonstratur:



[*Fig. 3*]

2 f. ih | arcui impositorum *erg.* | *(1)* erit summa omnium ae, seu *(2)* seu *L* 8 f. ut *(1)* axis ab ad axem *(2)* axes. Ideo *(a)* si quando haberi possit *(b)* innumeras *L* 15 f. altitudinem | seu axem ab *erg.* | , aequari *(1)* omnibus hg *(2)* ipsi ae in | totam *erg.* | curvam. *L*

Ducta ad curvam perpendiculari *kil* per punctum datum *i* inter duos axes parallelos *ab*, *ec* intercepta, et tangenti *mn* producta utcunque, rectangulum sub parte eius *mn* cadens in duas perpendiculares ad axem utrumque, *ep*, *eo*, et distantiam axium, *ea*, aequatur rectangulo sub distantia perpendicularium tangentis partem abscindentium et perpendiculari ad tangentem. Idem nulla facta curvae mentione lemmate pulcherrimo sic enuntiabitur: Si duae rectae (*mn* et [*kl*]) se secent ad angulos rectos; et unaquaeque earum cadere intelligatur inter duas parallelas, (*mn* inter parallelas [*ep*], *eo*, decussatim *kl* inter parallelas *ec*, *ab*), sintque parallelae unius perpendiculares ad parallelas alterius, ductis rectis in distantias parallelarum; altera in distantiam parallelarum alterius, rectangula producta erunt aequalia inter se.

Ostendendum est $EA \frown MN = KL \frown PO$. quod fiet si ostendemus $\dfrac{EA}{PO} = \dfrac{KL}{MN}$. Id vero ita ostendo[:] $\bigtriangledown^{\text{la}}$ NQM et KRL similia sunt, nam angulus LKR $\bigtriangledown^{\text{li}}$ orthogonii KRL idem angulo QKE $\bigtriangledown^{\text{li}}$ orthogonii KEQ, at idem angulus QKE aequalis angulo MNQ vel INQ, quia haec duo $\bigtriangledown^{\text{la}}$ rectangula NIQ et KEQ habentia unum angulum non rectum communem, KQE, habebunt alteros EKQ et INQ aequales. Ergo anguli INQ vel $MNQ = QKE$ vel LKR. ac proinde in duobus triangulis orthogoniis $MQN.KRL$ duo anguli non recti LKR et MNQ aequales, triangula ergo similia sunt.

1 *(1)* Esto tangens curvae mn, perpendicularis *(a)* inter *(b)* ad tangentem *(aa)* per *(bb)* in ipso contactus puncto, inter duos axes parallelos ducta kl. *(2)* Ducta | ad curvam *erg.* | perpendiculari kil *(a)* inter duos axes ab et ec intercepta, et ex punctis kl ductis | intra duos axes *erg.* | parallelis et aequalibus ipsi ea, nempe ema et ena. *(b)* per *L* 2 utcunque, *(1)* pars eius *(a)* incidet *(b)* incidens *(2)* rectangulum *L* 3 utrumque, | ep, eo, *erg.* | *(1)* ducta in *(2)* et *L* 6 el *L ändert Hrsg.* 7 en *L ändert Hrsg.* 8 alterius, *(1)* rectangula sub recta una et distantia parallelarum alterius | rectae *gestr.* | *(2)* ducta recta *(a)* una in al *(b)* qualibet *(3)* ductis *L* 12 sunt *(1)*, cum sint rectangula, et praeter angulum rectum, habeant alium quoque aequalem. *(2)*. Nam | $\bigtriangledown$ *erg.* | *(a)* QSN simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ *(b)* QMN simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ | et *gestr.* | QSN | simile *gestr.* | et hoc $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ *(aa)* QKN, cum sint $\bigtriangledown$ rectangula, et habeant *(bb)* QKE. et hoc $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ LKR. Sunt enim omnia rectangula angulum *(aaa)* comm *(bbb)* LKR praeter rectum habentia communem. Igitur angulus RLK = angulo *(3)*, nam | in $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ rectangulo KEQ *erg.* | angulus KQE = angulo | trianguli rectanguli LKR *erg.* | KLR. ergo angulus *(a)* SNQ *(b)* QKE eiusdem $\bigtriangledown^{\text{li}}$ | QKE *erg.* |= angulo RKL. trianguli rectanguli LKR. *(4)*, nam *L* 14 MNQ *(1)* trianguli orthogonii NQM *(2)* vel *L*

11 Ostendendum: Ab hier wechselt Leibniz die Bezeichnungsweise und geht zu Großbuchstaben über. Gelegentlich vorkommende Kleinbuchstaben werden vom Hrsg. normalisiert.

Ideo ut est KL ad MN, ita $RL = EA$ ad $MQ = PO$. Ergo $\dfrac{EA}{PO} = \dfrac{KL}{MN}$. ac proinde $EA \frown MN = KL \frown PO$. Quod erat demonstrandum.

Est et alterum theorema longe facilius demonstratu[:] nempe tangentem MN productam ST dum duabus parallelis AE. BC occurrat in S et T. ductam in MQ, intervallum duarum parallelarum EP. EO aequari semper intervallo alterarum parallelarum EA, CB, nempe AB in MN. Quod si intervallum PO sit infinite parvum MN, erit portio arcus infinite parva. Ducta enim SU, patet $\bigtriangledown^{\text{la}}$ SUT et MNQ esse similia. Hinc $\dfrac{ST}{MN} = \dfrac{SU}{MQ} = \dfrac{UT}{NQ}$. Ergo $ST \frown MQ = SU \frown MN$. ut habuimus. Item $ST \frown NQ = UT \frown MN$. item $SU \frown NQ[= UT \frown MQ.]$

NB. Omnia UT in arcum quadrari possunt, videndumque quodnam id sit figurae genus.

$\dfrac{KL}{MN} = \dfrac{KR}{NQ} = \dfrac{RL = EA}{MQ}$. Ergo $KL \frown NQ = KR \frown MN$. perpendicularis in basin $= KR$ in arcum. Item $KL \frown MQ = EA \frown MN$. habuimus, denique $EA \frown NQ$ distantia basium in altitudinem $= KR$ in basin. Haec ergo figura curva semper quadrabilis, quae orta ex omnibus KR ad basin. Ex hoc principio licet infinitas figuras curvilineas quadrabiles, quae tamen paraboleides non sunt, comminisci, quemadmodum paulo ante

---

12–14 *Dazu auf der Gegenseite, mit dem Zusatz* minime *versehen und gestrichen:* Si in aliqua figura contingeret, ut perpendicularis ad basin, et ad altitudinem summari posset, posset et summari perpendicularis ad arcum, quia adiuncta recta quadam, summaretur perpendicularis in rectam illam ducta, ad basin + perpendicularis in rectam illam ducta, ad altitudinem. Ergo perpendicularis in rectam illam, in quadratum basis, item, in quadratum, altitudinis. Ergo in quadratum arcus. Productum dividatur per illam rectam. Erat quotiens perpendicularis in arcum. Hinc duco regulam generalem memorabilem. Si ex his tribus parte (inassignabili) basis, altitudinis, arcus summari possunt rectae quaedam assignabiles in duas horum, summari poterunt et in tertium.

4 ductam in *(1)* MN, portionem tangentis a duabus parallelis EP. EO abscissam *(2)* MQ *L* 5 alterarum *erg. L* 6 EA, CB, nempe *erg. L* 8 Hinc *(1)* intervalla parallelarum *(2)* portio tangentis inter parallelas in *(3)* $\dfrac{\text{ST}}{\text{MN}}$ *L* 9 f. NQ. | Ergo NB. *ändert Hrsg.* | NB. Omnia *L* 19 posset, *(1)* daretur quadratura circuli *(2)* posset *L*

infinitas superficies curvilineas truncatas quadrabiles. Ergo methodus ex qualibet figura curvilinea data exhibere aliam quadrabilem.

Ex his patet etiam semper quadrata omnium [KL] summari posse, quia semper summari possunt puto $\square^{\text{ta}}$ omnium KR. et omnium RL. quae semper eadem. Ergo eorum momenta habentur seu cylindri eorum revolutione circa CB facti. Quod satis memorabile. Imo puto esse falsum.

Nota si momenta summentur ex duobus diversis axibus in uno puncto concurrentibus haberi potest linea recta in quam cadat centrum gravitatis, si hoc adhuc alia vice, habebitur in linearum intersectione centrum gravitatis, quo reperto habebitur dato momento curva quaesita.

Nota porro: lineam illam haberi posse etsi non quadratura, modo ratio tantum haberetur, v. g. si duae essent ellipses.

Quando quadratum arcus consideratur omnia redduntur facillima, quia illud quadratum, componitur ex quadratis basis et altitudinis minimae. Ideo quorum quadrata applicantur ad arcum, idem est ac si eorum quadrata applicarentur ad quadrata basium minimarum separatim, et ad quadrata altitudinum minorum separatim. Idem est de omnibus ductibus, ad arcum applicatis, componuntur enim ex iisdem ductibus ad arcum, et iisdem ductibus ad basin. Ideo v. g. sinus ad arcum, ducti in radium ad arcum, aequantur radio in sinum ad altitudinem, auctam radio in sinum ad basin.

---

1 f. *Daneben in größerer Schrift:* NB. NB.

18 f. *Dazu am oberen Rande, gestrichen:* Dubito: nam sinus summantur in basin et in arcum, sed non in altitudinem nisi per tetragonismum. Eodem argumento, data dimensione hyperbolae et conchoeidis daretur dimensio circuli; quia secans ad altitudinem ex hyp. secans ad basin ex conchoeide secans ad arcum ex circ. pendet. Eodem argumento modus haberetur reperiendi momentum ellipseos, seu eius perpendiculares ad altitudinem. Nam eius perpendiculares ad basin [*bricht ab*]

3 KR *L ändert Hrsg.* 7–12 Nota si . . . essent ellipses. *erg. L* 10 curva *(1)* parabolica *(2)* quaesita *L* 13 facillima | componitur *streicht Hrsg.* | , quia *L*

Generaliter inquirendum est in ductus in partes minimas, proportionales magnis.

Methodus data linea curva inveniendi figuram, a cuius quadratura quantitas curvae pendeat. Hoc facillimum est. Et calculi res est postea invenire figuras quadrabiles, et ideo curvas quoque in rectam reducibiles. Haberi potest iam curva v. g. cuius dimensio pendet a quadratura v. g. alterius cuiusdam hyperboloeidis, etc., aut figurae alterius etc. Ita ut data figura haberi possit curva cuius dimensio pendet ab ista quadratura, contra data quacunque curva quadrabili in rectam dudum commutabili, invenire spatium quadrabile ex ista commutatione. Ideo quot nobis Hugenius dedit curvas in rectam commutabiles, tot ergo spatia quadrabilia dabo.

Habeo et aliam methodum determinandi spatia quae pendent a curvarum rectificatione, et contra; et videndum an non coincidat priori. Si non coincidit sic dici potest: Data qualibet curva geometrica rectificabili, dare duas figuras geometricas diversas unamquamque ex illis quadrabilem. Et dato quolibet spatio quadrabili exhibere duas curvas diversas quamlibet in rectam commutabilem.

[*Teil 4*]

In Höhe von S. 506 Z. 2 (Bl. 360 v°):

h	h	h	h	h	h	h	h
g	g	g	g	g	g	g	
f	f	f	f	f	f		
e	e	e	e	e			
d	d	d	d				
c	c	c					
b	b						
a							

1 est in *(1)* proportio *(2)* ductus *(a)* radiorum pro *(b)* pari *(c)* in partes *L* 1 proportionales *(1)* maximis *(2)* magnis *L* 2 data *(1)* figura curva inveniendi rectam *(2)* linea *L* 3 est. *(1)* Sed difficile invenire figuras *(2)* Et *L* 4 iam *(1)* figura cuius *(2)* curva *L* 7 quadrabili *erg. L* 7 dudum *erg. L* 10 determinandi *(1)* curvas infinitas, q *(2)* spatia *L* 12 curva | geometrica *erg.* | *(1)* quadrabili *(2)* rectificabili *L*

8 Hugenius dedit: s. v. a. *Horologium oscillatorium*, 1673, Teil III Satz XI, S. 81–90 (*HO* XVIII S. 224–241) — s. a. N. 2.

Unter S. 506 Z. 18 (Bl. 360 v°):



1	
3	4
6	10
10	20

$$\frac{a^2}{\underline{\underline{1}}}\quad \frac{a^2}{2}\quad \frac{a^2}{3}\quad \frac{a^2}{3 \frown 3}\quad \frac{a^2}{9}.\qquad \text{Ergo}\ \ \frac{x}{3}\left\{\frac{\frac{a^2}{3}}{3}\right. = \frac{a^2}{9}.$$

Neben S. 510 Z. 4 – S. 511 Z. 7 (Bl. 359 v°):



[*Fig. 4*]

$10 \frown 4 = 40$	$10 \frown 5 \frown 4 \frown 4 = 800$	$ab25 - ab16 = x.$
$10 \frown 5 = 50$	$10 \frown 5 \frown 5 \frown 5 = 1250$	Ergo $25 - 16 = \dfrac{x}{ab}.$
$\underline{10 \frown 3 = 30}$	$10 \frown 5 \frown 3 \frown 3 = \cancel{4}\cancel{5}0\ \cancel{/}\ 30$	Ergo $25b - 16b = \dfrac{x}{a}$
	$\cancel{1}\cancel{5}\cancel{5}$	$ab25 - ab16 = ab9.$
	$\cancel{1}$	Ergo [*bricht ab*]

Über S. 514 Z. 13 (Bl. 360 r°):



[*Fig. 5*]

$AC \frown \dfrac{BC}{2} = \dfrac{AC \frown BC}{2}$.

Iam $\dfrac{CD}{BC} = \dfrac{AC}{AB}$.

ergo $CD = \dfrac{AC \frown BC}{AB}$.

ducta in AB dat(!)

$\dfrac{AC \frown BC}{2}$ seu AC

ductum in distantias ab AB.

7 AB. | sed huius dimidium *gestr.* | *L*

29. TRIANGULUM CHARACTERISTICUM SPECIATIM DE TROCHOIDIBUS ET CYCLOIDE

[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept: LH 35 XIII 1 Bl. 353–354. 1 Bog. 2°. 4 S. Unterer Rand des Bogens bestoßen mit kleineren Ausrissen, starke Abschabung bis hin zu Fehlstellen auf Bl. 353 r° links unten, dadurch geringfügiger Textverlust S. 522 Z. 3 f. und S. 527 Z. 7. Überschrift und Bezeichnung der Figuren ergänzt. Bl. 354 v° = Teil 4 insgesamt gestrichen.
Cc 2, Nr. 549

Datierungsgründe: s. N. 28.

Triangulum characteristicum, speciatim de trochoidibus et cycloide.

[*Teil 1*]

Universalium de lineis curvis specimen, vide in iis quae de ellipsi dixi. — Regula generalis est, ut tot constituantur trianguli similes characteristico, quot fieri utiliter possunt. Utiliter inquam, id est ut latera facilius et alia quam hac trianguli similis via haberi possint.

Utile est etiam figuras quaerere, quarum eaedem sunt perpendiculares vel tangentes cum data, vel in quibus tangens datae est perpendicularis, vel perpendicularis datae est tangens; vel si non eaedem saltem parallelae sibi aut quod cum prioribus eodem redit, perpendiculares.

In his figuris in quibus tangens unius est perpendicularis alterius, similia sunt quidem triangula characteristica sed ita ut altitudines et bases earum sint reciproce proportionales seu

$$\frac{\text{altitudo } A}{\text{basis } A} = \frac{\text{basis } B}{\text{altitudo } B}.$$

12 et cycloide *gestr. u. wieder erg. L*

14 vide: s. N. 28.

Idque contingit quando curva unius, evolutione alterius describitur. Et quando curva evoluta rursus evolutione alterius describitur, haec ultima evoluta est directe proportionalis primae illi evolutione descriptae.
Omnes autem figurae directe proportionales sunt similes quodammodo, vel homogeneae. Hinc data qualibet curva, invenire possumus genus eius curvae quae evolutione ipsius describeretur, erit enim homogenea ei cuius evolutione descripta est data.
Hinc iam quaestio est, an non per analysin possimus ex infinitis curvis eiusdem speciei eligere eam, in qua tangens unius sit perpendicularis alterius, ita enim curvae datae aequalem invenissemus rectam.

Dato momento curvae ex axe quodam, et distantia centri gravitatis curvae ex eodem axe, datur ipsa curva. Datur et aliter centrum gravitatis curvae, ex pluribus momentis. Ergo ex pluribus momentis inter se collatis datur ipsa curva.

Sunt quaedam curvae in quibus rectae quaedam, quas cum Mydorgio parametros vocare possis, vel cum veteribus latera recta, intelligi queunt. Sunt et quae focos habent.

Danda opera est, ut regula detur generalis, inveniendi ordinatim applicatas ad basin, ex ordinatim applicatis ad axem.
Imo hoc facile est. Ex communi methodo geometriae locorum.
Regula generalis dimetiendi areas omnium trochoeidum, sive rota sit circularis, sive elliptica, sive etiam hyperbolica, aut parabolica. Regula autem generalis est: Summam triangularem arcuum aequari summae perpendicularium ad basin illam a qua incipitur. Ideo videndum an tota trochoeis parabolica possit quadrari, quia potest quadrari tum summa arcuum, tum ipsa parabola. Imo poterunt et omnes huius trochoeidis parabolicae portiones quadrari. Et videndum an non hoc pacto trochoeis ista tota sit figura ex genere paraboleidum, quo posito haberetur eius basis, data altitudine et summa. Imo fortasse portiones abscissae trochoeidis parabolicae non poterunt quadrari.

Doctrina de intervallis tangentium, quibus curvae applicatis, segmenta figurae cuiuslibet metior, tum maxime usum habere potest, cum curva ipsa area tractabilior est, ut exempli causa in iis lineis curvis quarum conversionem in rectas Hugenius docuit.

13 quibus *(1)* lineae *(2)* rectae *L* 15 generalis, *(1)* comparandi inter se *(2)* inveniendi *L* 20 triangularem *erg. L* 23 pacto *(1)* veniatur ad prog *(2)* trochoeidis *(3)* trochoeis *L*

13 cum Mydorgio: Mydorge, C., *Prodromi catoptricorum et dioptricorum sive conicorum . . . libri*, 1631, S. 3. 28 Hugenius docuit: *Horologium oscillatorium*, 1673, Teil III Satz XI, S. 81–90 (*HO* XVIII S. 229–241).



[*Fig. 1a*]



[*Fig. 1b*]

In cycloeide notabile est triangulum eius characteristicum simile non triangulo characteristico circuli, sed triangulo chordarum in circulo. Esto semicirculus, applicata eius BD producatur dum occurrat cycloeidi in E. ex E demittatur perpendicularis EHG. ea est parallela ipsi BC. ideo BA parallela ipsi EF tangenti cycloeidis in E. ergo $\bigtriangledown^{\text{la}}$ ABD et FED: characteristicum cycloeidis similia. Hinc materies multarum mirabiliumque propositionum. Porro patet $EB = HC$. uti $EH = BC$. Ergo $EH = HG$. Hinc statim habetur momentum curvae cycloeidis AIC ex axe AC. perpendicularis enim EG ex puncto assumto E ducta in axem AG productum si opus est, est dupla chordae BC. Summa autem omnium chordarum est parabola, cuius basis et altitudo diameter, po-

1 *Neben fig.* ℵ: Summa omnium FA ad basin semper aequatur duplo segmento EA.

7 *Unter* Ergo $EH = HG$: Male HG non est $= EH$.

8 f. EG ex puncto assumto E *erg.* *L*

sita AC secta in partes aequales infinitas, et eius parabolae dupla est momentum curvae AEI ex axe AC. Hac ergo quadrata habetur momentum curvae, et eo habito, statim superficies eius curva.

DB et BE datae intelliguntur ut et $AB.AD$. hinc facile FE. Nam: $\dfrac{FE}{AB} = \dfrac{ED}{BD}$. Ergo $FE = \dfrac{ED \frown AB}{BD}$.

Triangulum characteristicum cycloeidis est EML. Et EL arcus, LM altitudo, EM basis, huic simile $\bigtriangledown ABC$. et ang. LEM idem cum angulo BCA. Ergo: $\dfrac{AC}{EL} = \dfrac{BC}{EM} = \dfrac{AB}{LM}$.

(1) Ergo $AC \frown EM = BC \frown EL$. Applicatae parabolae inversae ad arcum cycloeidis aequantur diametro in cycloeidis basin. Ergo pendent ex q. circ. adde 15. et 17. Hinc earum quadrata ad arcum haberi possunt, si enim in arcus cycloeidis ducantur, aut si in se ipsas per diametrum divisas idem est. Ergo si chordae istae in arcus cycloeidis, multiplicentur per diametrum, fient earum quadrata ad arcum.

(2) $AC \frown LM = EL \frown AB$. Applicatae parabolae recta ad arcum cycloeidis, aequantur diametro in altitudinem. Ergo quadrabiles, adde prop. 7.

(3) $BC \frown LM = AB \frown EM$. Applicatae parabolicae ad altitudinem recta, ad basin cycloeidis inverse sumtis aequantur. Ergo posteriores illae etiam quadrabiles. Quadrabiles ergo chordae ad arcum circuli, eae aequantur momento curvae cycloeidis ex basi. Hinc dimensio curvae cycloeidis nova methodo, sunt enim chordae eius indivisibiles ut perpendiculares eius, seu ut chordae supplementales circuli. Ergo ut est

---

3 *Hinter* curva: Male

9 inversae *erg. L* 10–13 Ergo pendent ... ad arcum. *erg. L* 15 Ergo ... prop. 7. *erg. L* 17–522,5 Quadrabiles ergo ... ad altitudinem. *erg. L* 19 f. enim *(1)* appli *(2)* chordae eius | indivisibiles *erg.* | ut *(a)* chordae, *(b)* perpendiculares *L*

9–523,16 Im Folgenden wendet Leibniz das charakteristische Dreieck zugleich auf die Zykloide und ihren erzeugenden Kreis an. Seine Kernaussagen sind korrekt, lediglich einige Schlussfolgerungen sind — nicht zuletzt aufgrund einer noch unpräzisen Terminologie — unrichtig.

maxima chordarum supplementalium, seu diameter in arcum semicirculi, ad parabolas ad arcum quadrabiles, ita est arcus semicirculi seu basis cycloeidis in chordam indivisibilem maximam ducta ad curvam cycloeidis. Si dim⟨— —⟩ curvae cycloeidis datur ⟨qua— —⟩ omnium OH ad arc. circ. et omnium FES ad arc. ⟨circ.⟩ aut omnium TG. seu omnium WU vel AQ ad altitudinem.

$\bigtriangledown^{\mathrm{la}}$ s i m i l i a CAN et EML. CN secans falsa, AN tangens falsa, AC diam. $\dfrac{CN}{EL} = \dfrac{AC}{EM} = \dfrac{AN}{LM}$.

(4) $CN \frown EM = AC \frown EL$. Secantes falsae in basin cycloeidis = diametro in arcum eius, et ideo quadrabiles.

(5) $CN \frown LM = AN \frown EL$. Secantes falsae in altitudinem cycloeidis, seu earum summa = tangentibus falsis in eius arcum.

(6) $AC \frown LM = AN \frown EM$. Diameter in altitudinem cycloeidis = tangentibus falsis in eius basin, quadrabile, adde 7.

$\bigtriangledown^{\mathrm{la}}$ s i m i l i a NBA et EML. $\dfrac{AN}{EL} = \dfrac{AB}{EM} = \dfrac{NB}{LM}$.

(7) $AN \frown EM$ = tangentes falsae in basin (quadrabiles num. 6) = $AB \frown EL$. Ergo $AB \frown EL$ quadrabiles per p. 2.

(8) $AN \frown LM = NB \frown EL$. Summa omnium AN seu tang. fals. (= segm.) = istis NB (differentiis secantis falsae a chorda suppl.). Porro ista NB vel OE spatium concavum IPA complent.

(9) $AB \frown LM = NB \frown EM$. Ergo NB ad EM. seu momentum arcus ex AP (ergo et momentum arcus ex IC), quadrabile.

$\bigtriangledown^{\mathrm{la}}$ s i m i l i a : CDB et EML. $\dfrac{BC}{EL} = \dfrac{CD}{EM} = \dfrac{BD}{LM}$.

(10) $BC \frown EM = CD \frown EL$. Seu BC (chordae suppl. vel appl. invers. parabol.) ad basin cycloeidis, aequantur momento arcus ex cycloeidis basi. (Ergo q u a d r a b i l e s).

(11) $BC \frown LM = BD \frown EL$. Ergo sinus ad arcum cycloeidis (q u a d r a b i l e s).

(12) $CD \frown LM = BD \frown EM$. Iam $CD \frown LM$ quadrabiles. Ergo et $BD \frown EM$.

9 eius *erg. L* 10 seu earum summa *erg. L* 13 adde 7. *erg. L* 15 AB ⌒ EL. *(1)* quadrabiles. NB: hinc datur quadratura | seu dimensio *erg.* | a r c u s c y c l o e i d a l i s , si aliunde non daretur, ex prop. 6. + 7. *(2)* Ergo *L*

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ s i m i l i a : ACQ et EML. $\dfrac{AQ}{EL} = \dfrac{QC}{EM} = \dfrac{AC}{LM}$. AQ secans supplementi, QC tangens supplementi.

(13) $AQ \frown EM = QC \frown EL$. [Secantes] supplementi in basin = tangentibus supplementi in arcum seu momento arcus cycl. ex altit.

(14) $AQ \frown LM$ summa secantium supplementi = $AC \frown EL$ diametro in arcum cycloeidis. (Ergo q u a d r a b i l i s).

(15) $QC \frown LM = AC \frown EM$. (dimensio cycloeidis). Summa tangentium supplementi, cycloeidis portio NB. = diametro in basin cycloeid. adde 1. et 17.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ s i m i l i a : CBQ et EML. $\dfrac{CQ}{EL} = \dfrac{BQ}{EM} = \dfrac{CB}{LM}$. $QC = ED$.

(16) $CQ \frown EM = BQ \frown EL$. Applicatae altitudinis in cycloeid. translatae in basin = tangentibus usque ad basin productis in arcum.

(17) $CQ \frown LM = CB \frown EL$. Summa tangentium supplementi, adde 1. et 15.

$\bigtriangledown^{\text{la}}$ s i m i l i a : BRQ et LME. $\dfrac{BQ}{EL} = \dfrac{QR}{EM} = \dfrac{BR}{LM}$.

(18) $BQ \frown EM = QR \frown EL$.

(19) $BQ \frown LM = BR \frown EL$.

([20]) $QR \frown LM = BR \frown EM$.

Sed hoc iam in nostra cycloeide memorabilissimum est, quod omnia theoremata inverti possunt et pro basi substitui potest altitudo, pro altitudine basis, quandoquidem hoc peculiare habet cycloeis ut a cycloeide evoluta describatur. In genere utile est evolutas considerationi adicere, inversionis eiusmodi causa, etsi in plerisque lineae rectae nonnihil turbent.

Ex prop. 19. patet curvam cycloeidis, pendere ex quadratura secantium falsarum, quarum dimidiae sunt secantes semiarcuum ut BI dimid. CG in f i g. 3. NB. ubi $\gamma\delta =$

3 QC $\frown$ EL. *(1)* Secans *(2)* Secantium supplementi summa *(3)* Secantium ... in basin *L ändert Hrsg.* 4 in *(1)* basin (| ideo *erg.* | q u a d r a b i l i b u s) *(2)* arcum *L* 5 supplementi | in basin *gestr.* | = *L* 7 (dimensio cycloeidis) *erg. L* 8 cycloeidis portio NB. *erg. L* 8 adde 1. et 17. *erg. L* 16 18 *L ändert Hrsg.* 16 BR $\frown$ EM. | (19) $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia: BAS (isosceles) *gestr.* | *L* 17–21 Sed hoc ... nonnihil turbent *erg. L*

9 $QC = ED$.: Dies gilt nur in einem speziellen Fall. Leibniz wurde zu der Annahme durch eine Ungenauigkeit in der Zeichnung veranlasst. 23 f i g. 3.: s. N. 23.

$B\gamma = BI$. ubi patet ob $\bigtriangledown^{\text{lum}}\ AZG$, esse GZ (sec. fals. dimidiata)$\frown$ AD. chorda $= AG \frown ZI$. ergo quadrab. vel ob $\bigtriangledown^{\text{lum}}\ AIB$. $AI \frown AB = BI \frown AN$. Atqui $AN = AK = AE$. habemus ergo momentum BI secantis falsae ex vertice. Atqui prop. 6 *De ductibus* num. 4. ostensum est ex momento secantis falsae ex vertice, pendere eius quadraturam. Habemus ergo quadraturam secantium falsarum. Habemus ergo quadraturam quoque omnium differentiarum inter chordas supplement. et secantes falsas.

Falsum est quod $AN = AK$ vel $= AE$. Ideo potius quadratura secantium falsarum ex dimensione curvae cycloeidis accersenda, quam contra.

In cycloeide, similibusque trochoeidibus ita iniri potest ratio dimensionis curvae, si perpendicularibus ad curvam, productis [usque ad basin] ut EH, iisque infinitis, intelligantur infinita haberi triangula, quorum alia sursum alia deorsum apicem vertunt, quaeque sursum vertunt basin suam habeant in basi figurae, quae deorsum, in curva. Iam si summa habeatur primum totius figurae, uti datur certe dimensio areae cycloeidis, deinde triangulorum basin in basi habentium, residuum erit summa triangulorum ad curvam, seu (per prop. 2. hic) si duplicetur, curva ad diametrum.

10 curvam, *(1)* ad basin usque productis *(2)* productis | basin usque productis *ändert Hrsg.* | ut *L* 13 certe *erg. L* 14 deinde *(1)* curvarum basin habentium *(2)* triangulorum *L*

3 f. prop. 6 num. 4.: s. N. 26 S. 428.

[*Teil 2*]



[*Fig. 2*]

Ad fig. ג et ד:

Iam ut data CI, investigemus CG sic agendum est: ducatur ON (dimidia DI) perpendicularis ad CI erit CN dimidia CI. restat investigemus NG (nam $NG + \dfrac{CI}{2} = CG$) quod facile est, nam $Rq\, OG^2 - ON^2 = NG$. Cumque summam CN ad curvam circularem dudum habeamus; summam NG separatim inire sufficit. Est autem $OG^2 = \dfrac{a^2}{\beta^2}$. erit ergo

$$NG = \sqrt{\frac{a^2}{\beta^2} - \frac{\gamma^2}{2}} \quad : \quad \sqrt{\frac{a^2}{\beta^2} - \frac{2\gamma^2}{2}} \quad : \quad \sqrt{\frac{a^2}{\beta^2} - \frac{3\gamma^2}{2}} \quad \text{etc.}$$

Ergo locus omnium NG terminationum est curva parabolica, summa autem omnium CG ad arcum circuli aequatur summae omnium GP ad altitudinem.

Sunt autem $\dfrac{GP}{DI} = \dfrac{CG}{CI}$. Ergo $GP = \dfrac{CG \frown DI}{CI}$.

Iam $DI \frown CI =$ diam.$\frown$ sin. $\dfrac{\text{diam.} \frown \text{sin.}}{DI} = CI$. $\dfrac{\text{diam.} \frown \text{sin.}}{CI} = DI$. Ergo

3–526,4 Die Betrachtungen dieses Abschnitts sind teilweise fehlerhaft; sie werden in N. 30 S. 541 Z. 2–11 wiederholt.

$$CG \frown \frac{DI}{CI} = CG \frown \frac{\dfrac{\text{diam.} \frown \text{sin.}}{CI}}{\dfrac{\text{diam.} \frown \text{sin}}{DI}} \text{. vel } CG \frown \frac{DI}{\dfrac{\text{diam.} \frown \text{sin.}}{DI}} = CG \frown \frac{DI^2}{\text{diam.} \frown \text{sin.}}.$$

Vel aliter cum detur summa ON. investigetur differentia inter PG et ON sive $Rq\,GN^2 - PO^2$. id est Rq. ex quadratis arithmetice crescentibus demtis quadratis, quadratice crescentibus, ut faciunt sinus.



[*Fig. 3, gestr.*]

5 *Zu* [*Fig. 3*], *gestrichen:*
AB nota est a. $AC = CD$. $\frac{a}{2}$. CE nota $\frac{b}{2}$. $GF = b$. $AG = FB = \frac{a-b}{2}$. $AH = c$. $BD = d$. $AD = e$. $CI = f$. parallela AD. Manifestum est $\bigtriangledown^{\text{la}}$ CIB et ADB esse similia. Ideo $CI = \frac{AD}{2}$. et $IB = \frac{DB}{2}$. quia $CB = \frac{AB}{2}$. $\bigtriangledown BFK$ simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ [*bricht ab*] In $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ orthogonio AMC cuius omnia latera dantur, quaerenda est altitudo. Sed falsum est omnia latera dari, AM non datur, quia nec punctum M datur calculo.



[*Fig. 4, teilw. Blindzeichnung*]

ang. $bac + 2abc (= 2bca) = 180$. Item ang. $bca + dcb = 90$. $acg = bca$. $dcb = gch$.

$$dcb + \underbrace{bca + \underset{bca}{acg}}_{2bca} + gch = 180.$$

Ergo $dcb + 2bca (= 2abc) + gch = bac + 2abc \, (= 2bca)$. Ergo $dcb + gch = 2dcb = [bac]$. $\langle$— —$\rangle$ cef = ang. $[dcf]$ = ang. fbc.
Ex his patet ef nihil differe in indivisibilibus a $[cb]$ vel fi. Ergo idem est basis semicycloeidis in ef, vel basis semicycloeidis simpliciter, quia ef est unitas constructionis. Ergo ut est diameter in arcum circuli, ad parabolas ad arcum (quadrabiles, ex toto vel parte semicirculi) ita est basis cycloeidis (ex toto vel parte), vel arcus circuli ad arcum

6 abc *L ändert Hrsg.* 7 dcb *L ändert Hrsg.* 8 cd *L ändert Hrsg.* 8 vel fi *erg. L*
8 est *(1)* basis *(2)* chorda inassignabil *(3)* chorda *(4)* basis *L* 10 circuli *erg. L*

1 [*Fig. 4*]: Der Buchstabe h kommt in der Figur doppelt vor.

curvae cycloeidis. Ergo semper quae est ratio quadrupli sectoris ad portionem parabolae, ea est arcus circuli ad curvam cycloeidalem. Id est portio parabolae divisa per diametrum dabit curvam cycloeidalem.

Obicitur: ef non est $= fi$. Respondeo[:] sed est tamen $\dfrac{ef}{if} = \dfrac{fc}{ch}$. sive $ec(fc) \frown fi = ef \frown ch$. (fig. ב) et quia $\underline{fi}$ est unitas constructionis, ergo $ch \frown ef = fc \frown fi$ seu $= fc$. item. Ergo $ef = \dfrac{fc \frown if}{ch}$. vel quia $\underline{if}$ unitas quae omitti potest, erit $ef = \dfrac{fc}{ch} = \dfrac{fc}{fc} = 1$. Porro omnes chordae inassignabiles, sunt ad suas perpendiculares ut $\dfrac{ef}{fc}$ seu ut $\dfrac{if \text{ unitas}}{ci}$. Ergo semper ratio $\dfrac{fc}{ef}$ est $= \dfrac{ci}{1}$ vel $\dfrac{fc}{1}$. Ergo obiecto se ipsam solvit.

Ideo si summa quarundam linearum, ut f i g. p r a e c e d. omnium AB. in arcum cycloeidis multiplicetur per diametrum, fiet summa omnium AB in omnes CI. Habetur ergo quadratura, rectangulorum parabolico-parabolicorum inversorum, ad arcum. At hoc iam aliunde habetur, est enim nil nisi sinus ad arcum, in diametrum ducti. Hinc ergo rursus alia methodus investigandi curvam cycloeidis.

[*Teil 3*]

Porro ex his patet quadraturam eorum quos hic prop. 19. nominavi secantium haberi, at istos secantes BQ calculo ita indagabimus: Manifestum est $\dfrac{BQ}{BR} = \dfrac{AC}{AB}$. (quia $\bigtriangledown^{\text{la}}$ similia QBC et ABC.) ideo $BQ = \dfrac{AC \frown BR}{AB}$. ideo infinita series radiorum per distantiam a basi aut potius extremitate diametri multiplicatorum, per applicatas parabolae basi parallelas divisorum quadrari potest

1 quadrupli *erg. L* 3 f. cycloeidalem. *(1)* Imo id falsum, nam ef non est = fi. sed est $\frac{\text{ef}}{\text{if}} = \frac{\text{fc}}{\text{ch}}$. *(2)* Obicitur *L* 15 quos *(1)* alibi *(2)* hic *L* 15 f. secantium | quadraturam *streicht Hrsg.* | haberi *L* 18 aut potius extremitate diametri *erg. L*

$$\frac{a^2-a\beta}{Rq_\llcorner a^2-\delta^2{}_\lrcorner} \quad \frac{a^2-2a\beta}{Rq_\llcorner a^2-2\delta^2{}_\lrcorner} \quad \frac{a^2-3a\beta}{Rq_\llcorner a^2-3\delta^2{}_\lrcorner} \quad \text{etc.}$$

Nam cum hyperbolam habeo

$$\frac{a^2}{a-\beta} \quad \frac{a^2}{a-2\beta} \quad \frac{a^2}{a-3\beta} \quad \text{etc.}$$

quod spatium efficit, utique divisis omnibus per a. ipsum

$$\frac{a}{a-\beta}+\frac{a}{a-2\beta}+\frac{a}{a-3\beta} \quad \text{etc.}$$

linea erit, quae scilicet ex spatio hyperbolico per a. diviso oritur. Atque ideo summa curvae, cuius ita procedent tangentes seu chordae, ex quadratura hyperbolae patebit. Et talis est forsan curva parabolica. Quaerenda autem est methodus istam curvam describendi:

$$\frac{a^2}{1} \quad \frac{a^2}{3} \quad \frac{a^2}{6} \quad \frac{a^2}{10} \quad \text{etc.}$$

Nescio an hoc faciat infinita a^2.

NB. Si eousque ars analyseos produci posset, ut data series si possibile est reducatur ad statum tractabilem, ingrediaturque aliquod triangulum characteristicum; optata eius perfectio haberetur.

1 *Daneben:* Quare et si omnia dividas per a loco superficiei linea ex summa omnium fiet.

7 seu chordae *erg. L*

1 Vgl. dazu N. 27 S. 488 Z. 4–6.



[*Fig. 5*]

Supponam cognitas tantum lineas duas, altitudinem AB et applicatam BC, quas appellabo, altit. (a) applic. (b.) ergo habetur et $AC = a^2 + b^2$, *Rq.* $\dfrac{(CB)}{AH} = \dfrac{EA + (AB)}{EA}$.

Omnes curvae quarum trochoeides sunt aliae curvae datae, possunt in rectas converti, quemadmodum Hugenius curvas, quarum volutae sunt curvae datae, in rectas extendit. Nimirum nulla curva est (demta opinor circulari), quae non intelligi possit per modum cycloeidis describi, atque ideo basis eius curvae generatrici aequalis est.

A n a l y s i s i n d i v i s i b i l i u m (quatenus ab arithmetica infinitorum separatur) in eo consistit maxime, ut data qualibet linea curva, aut superficie curva, eam ad spatium quoddam unum plurave reducamus, a quorum quadratura eius mensura pendeat. Quod per varias methodos hic praescriptas facile fiet. Porro ut spatium datum quadremus, examinanda primum ratio progressionis, an sit summae capax ex arithme-

4–7 *Daneben großes*

1 [*Fig. 5*]: Der Schnittpunkt D der Normalen CD zur Tangente ECL mit der Achse wird von Leibniz kurzerhand mit dem Brennpunkt identifiziert, in Wirklichkeit liegen D und K weiter außen.
5 Hugenius: s. o. S. 519 Z. 28.

tica infinitorum. Si hanc methodum respuit, ad analysin indivisibilium veniendum est, id est constituendum triangulum characteristicum figurae, eique quotcunque fieri potest triangula similia, quod fieri potest tum ductibus rectarum in figura, tum calculo. Calculo quidem sic: sumamus pro triangulo characteristico ECB ut in ellipsi praecedente vel ECD. utrum scilicet simplicius videbitur, vel etiam EIK, vel ELM aliudve, nobis iam notum simplicissimum, et cuique linearum valores simplicissimos ex natura figurae assignemus. Inde quotcunque haberi possunt ex natura figurae aequationes comminiscamur, duarum rationum, quarum una sit duarum trianguli characteristici linearum, altitudinis EB et basis BC. vel altitudinis EB et tangentis EC. Semper enim hic altitudo ingredi debet, quoniam summam ordinatim applicatarum, seu dimensionem figurae quaerimus; altera ratio sit lineae datae, et cuiusdam lineae quaesitae, cuius quadratura ad basin vel arcum, dudum habetur.

$$\frac{\text{basis (arcus)}}{\text{altitudo}} \times \frac{\text{linea data}}{\text{quaesita}}.$$

Ita duae habebuntur quaesitae, altera cuius quadratura ad arcum, altera cuius quadratura, vel saltem dimensio ad basin quaeritur. Et quidem si est ad basin, basi divisa in partes aequales, examinetur an calculus infinitorum iuvet. Caeterum in omni isto examine videndum, invenirine possit triangulum simile vel aequatio eiusmodi rationum, quas ingrediatur linea quaedam permanens. Ea enim si basi comparari possit, vel arcui vel altitudini, habebitur earum dimensio, quae cum ipsa congrediuntur in eandem rationem, qualis ex natura rei esse potest. Sin minus videndum saltem, lineasne comminisci liceat, in constructione, quae quolibet demum modo assumtae sint quadrabiles, ut sint paraboleides non tantum, sed et aliae infinitae.

Sed ut ad priora redeamus si nulla lux affulget ex aequationibus rationum trianguli characteristici dati aliud triangulum characteristicum alterius figurae quaerendum est, quae sit tractabilior, cuius rationes lineae nobis datae summandae, ingredi possint.

6 f. assignemus. *(1)* Inde *(a)* data linea cuius summ *(b)* datis *(c)* sumtis lineis quibusdam, et quidem *(aa)* simplicissimis *(bb)* satis simplicibus, quaeramus an in illis *(2)* Inde *L* 16 iuvet *(1)* , sin minus, rursus simili aequatione, persequenda est, *(a)* constituen *(b)* videndumque an nova aequatione cum a *(2)* . Caeterum *L* 17 simile *erg. L*

[*Teil 4, gestrichen*]



[*Fig. 6a*]



[*Fig. 6b*]

Quod attinet dimensionem curvae trochoeidis protractae vel contractae, inspice quae Schotenius habet ad lib. 2. *Geom.* Cartes. pag. 268. 269. ubi figuras eius inspice, quibus ego haec addo[:] In fig. pag. 269 ducatur recta ND. et recta GN producatur usque ad arcum circuli maioris FG. cui occurrat in O. litera a me ascripta, ducaturque recta OF. Manifestum est $\bigtriangledown^{\text{la}}$ GOF et GND esse similia, ideoque esse GN ad GO, ut GD ad GF. Cumque idem fiat, quodcunque sit punctum N in circulo minore, vel punctum C in cycloeide apparet perpendiculares descriptrices (quas in trochoeidibus et volutis radios appellare possis) trochoeidis contractae ad perpendiculares descriptrices trochoeidis ordinariae, habere eandem semper rationem. Nempe quae est diametri circuli minoris semidifferentia diametrorum aucti ad diametrum circuli maioris, seu quae est GD ad GF. Hinc summa omnium GF unitate posita arcu inassignabili circuli GF facile haberi

8 *Nach GF. interlinear:* (falsum)

13 inassignabili *erg. L*

2 [*Fig. 6*]: Im Folgenden behandelt Leibniz zwei Figuren aus Fr. v. SCHOOTEN, *Commentarii*, *DGS* I S. 268 f. Die Figuren fehlen im Text; sie sind vom Hrsg. nach den Schooten'schen Originalen beigefügt worden. Die von Leibniz hinzugefügten Strecken sind mittels Strichelung gekennzeichnet. Punkt O ist ebenfalls durch Leibniz ergänzt. — Diese Eintragungen fehlen in dem hannoverschen Handexemplar der *Geometria*-Ausgabe!

potest, cum enim summa omnium GO habeatur per superiora (quadrabilis prop. 10. hic), multiplicetur illa per GD, dividatur per GF. Hinc iam ad dimensionem curvae trochoeidis contractae struitur gradus. Est enim summa chordarum inassignabilium trochoeidis contractae (seu quantitas curvae) ad summam chordarum illarum seu perpendicularium descriptricium ut est maxima chorda inassignabilis trochoeidis contractae, ad maximam descriptricem DG. Sed ut est maxima descriptrix contractae GD ad suam chordam seu arcum inassignabilem, ita est GF. seu diameter circuli maioris vel maxima descriptrix trochoeidis communis, ad maximam suam descriptricem. At GF diameter est ad arcum a se descriptum, ut descriptrix proxime minor (differentiae inassignabilis), in eadem trochoeide communi ad unitatem constructionis seu ut diameter circuli maioris ad unitatem constructionis. Ergo dimensio curvae trochoeidis contractae ita habebitur. Summa omnium GF. seu descriptricium trochoeidis contractae dividatur per diametrum circuli maioris [generatoris] trochoeidis communis, quotiens erit curva trochoeidis contractae.

Eadem prorsus methodo invenietur curva trochoeidis protractae. Nam in figura paginae 268. duc rectam ND. et ex puncto O. quo recta GD secat circumferentiam circuli minoris GF. rectam OF[,] erunt ND et OF parallelae, $\bigtriangledown^{\text{la}}$que GOF et GND similia. Ideoque ut GF. diameter circuli minoris ad GD. diametrum circuli minoris semidifferentia diametrorum (DE, et GF) auctum: ita GO. d e s c r i p t r i x trochoeidis communis ad GN. d e s c r i p t r i c e m protractae. Cumque eadem semper ratio sit, summa descriptricium protractae ita habebitur, si summa descriptricium communis multiplicetur [per] GD. diametrum minoris differentia diametrorum auctum, dividaturque per diametrum minoris. Habita summa descriptricium trochoeidis protractae (quae quadrabilis est) curvae trochoeidis protractae eadem qua contractae methodo reperietur. Nam cum semper sibi sint proportionales curvae descriptrices et chordae inassignabiles descriptae, ob eundem semper angulum descriptionis, erit ut maxima chorda inassignabilis trochoeidis protractae, ad maximam descriptricem GD. ita summa chordarum inassignabilium seu curva trochoeidis protractae, ad summam descriptricium inventam. Iam maxima

---

16 *Nach* parallelae *und* similia *jeweils interlinear:* (falsum)

1 f. (quadrabilis | prop. 10. hic *erg.* |) multiplicetur *L* 8 f. ad *(1)* chordam suam, *(2)* arcum ... ut *(a)* chorda *(b)* descriptrix *L* 10 maioris *erg. L* 12 diametrum *(1)* seu maximam descriptricem *(2)* circuli *L* 13 generatorem *L ändert Hrsg.* 20 protractae *erg. L* 21 per *erg. Hrsg.* 24 inassignabiles *erg. L*

chorda inassignabilis trochoeidis protractae, est ad suam descriptricem, GD, ut est maxima chorda inassignabilis trochoeidis communis, ad maximam suam descriptricem, GF, seu ut unitas constructionis ad diametrum circuli minoris GF. quia idem angulus est descriptionis, nec nisi differentia radiorum, quare arcus radiis proportionales. Ergo si summa descriptricium trochoeidis protractae (quadrabilis), dividatur per diametrum circuli minoris, nempe generatoris trochoeidis communis, quotiens erit curva trochoeidis protractae.

At vero Pascalius ostendit in scripto sub Dettonvillaei nomine publicato; trochoeidum protractarum contractarumque curvas esse curvis ellipticis aequales; habebuntur ergo curvis ellipticis aequales rectae geometrice demonstratae.

Imo gravissimus error in demonstratione mea, quam tamen facile emendo salva curvae dimensione. Operae pretium est figura propria rem complecti, vid. pag. praeced. fig ג et ד. Falsum enim in figura Schotenii OF et ND. vel in nostra fig. ג HD et GB (quas ne inutilibus lineis figuram confunderem ducere nolui) esse parallelas, ut inter festinandum posueram. Aliter ergo re de integro assumta ratiocinandum est. Inspice fig. ד. Cum circuli BGA, DIC sint concentrici, erunt chordae HG, et CI, diametris proportionales, item HC erit aequale IG. Ergo summam CG inibimus, si summae omnium HG addemus summam omnium CH vel GI. seu semidifferentiam inter summam omnium CI, et summam omnium [HG]. Cumque summa omnium CI, detur per prop. 10. hic, restat tantum ad summam omnium CG habendam, invenire summam omnium HG. At haec facilis est, quia enim semper $\dfrac{CI}{AG} = \dfrac{CD}{BA}$. seu ut diametri circulorum, eadem quoque ratio summarum erit. Ideo si summa omnium CI inventa per prop. 10. (quadrabilis) multiplicetur per

---

20–22 Error rursus, quia AG. AI non sunt circulis proportionalia.

22–535,5 *Daneben großes* NB.

6 minoris, nempe *erg. L* 8 vero *(1)* Hugeni *(2)* Pascalius *L* 14 parallelas, *(1)* quod manifeste falsum est *(2)* ut *L* 18 vel GI *erg. L* 19 CI *L ändert Hrsg.*

---

8 Pascalius: *Lettre de A. Dettonville à Mr. Hugguens de Zulichem*, 1659 (*PO* IX S. 187–201).

20–22 Leibniz verwechselt die Bezeichnungen. Die Proportion müsste nach seinem Ansatz $\dfrac{CI}{HG} = \dfrac{CD}{BA}$ heißen. — Ebenso müsste in der Anmerkung HG bzw. CI stehen.

diametrum BA circuli minoris seu generatoris trochoeidis contractae, ac productum dividatur per DC diametrum circuli maioris seu generatoris trochoeidis communis, quotiens erit summa omnium GA, cui si addatur semidifferentia ipsiusmet summae GA a summa omnium CI. descriptricium trochoeidis communis, habebitur summa omnium CG descriptricium trochoeidis contractae. Eodem modo inveniemus summam omnium CG in fig. ג trochoeidis protractae. Si inventam summam omnium CI per prop. 10. fiat ut DC diameter circuli minoris, trochoeidis communis generatoris, ad BA diametrum circuli maioris trochoeidis protractae generatoris, ita, summa omnium CI, ad aliud, quod erit summa omnium $G(H)$ cui si addatur summa omnium GI, semidifferentia inter summam omnium CI, et omnium $G(H)$ habebitur summa omnium CH descriptricium trochoeidis protractae. Posita autem summa omnium descriptricium trochoeidis sive protractae sive contractae, facile habetur summa omnium chordarum assignabilium vel arcuum minimorum ad ipsis descriptorum, vel curvae trochoeidis protractae vel contractae. Cum enim idem semper sit angulus descriptionis, eadem semper ratio erit arcuum vel chordarum, et descriptricium seu radiorum. Ergo quae est ratio descriptricis maximae ad chordam maximam, ea erit summa descriptricium CG ad arcum trochoeidis descriptae. Est autem ob eundem rursus descriptionis angulum, eadem ratio CB descriptricis maximae trochoeidis contractae vel protractae ad suam chordam maximam, quae est CD. diametri circuli generatoris trochoeidis communis, ad suam chordam maximam, seu ad unitatem (ut ostensum est ad fig. ב ubi quae est ratio CH. descriptricis trochoeidis communis maximae ad ef. chordam maximam descriptam, ea est ratio cf diametri a descriptrice maxima CH quantitate qualibet data minore differentis; seu ipsius descriptricis, ad fi. unitatem). Ergo ut est in trochoeide communi summa descriptricium ad curvam, ita et in trochoeide protracta vel contracta, ac proinde summa descriptricium trochoeidis contractae vel protractae, vel communis, divisa per diametrum circuli generatoris trochoeidis communis, dabit curvam trochoeidis descriptae sive ea protracta sit, sive contracta, sive communis.

1 minoris seu *erg.* *L* 1 trochoeidis *(1)* exorbitantis (sive ea contracta sive protracta ut in fig. ד exhibitum, sive ut in fig. ג protracta sit). *(2)* contractae *L* 2 maioris seu *erg.* *L* 7 circuli *(1)* maioris *(2)* minoris *L* 17–20 Est autem ... ad unitatem *erg.* *L* 20 f. descriptricis | *(1)* a diametro circuli generatoris *(2)* trochoeidis communis *erg.* | maximae *L* 25 f. circuli generatoris *erg.* *L*

30. DIVERSA DE QUADRATURIS
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 1 Bl. 266–267. 1 Bog. 2° 3 S. — Bl. 267 v° leer.
Cc 2, Nr. 641

Datierungsgründe: s. N. 28.



[*Fig. 1*]

Esto semiparabola ABC. cuius latus rectum AD. abscissa AB. applicata CB. constat esse $AD \frown AB = CB\square$.

Producatur diameter vel altitudo BA, ultra verticem, in E. sumaturque $AE = AB$. et recta ducta EC. tanget curvam parabolae in C.

Item in producta AB. ultra basin sumatur BF. dimidia lateris recti AD. recta FC. erit perpendicularis ad curvam, sive tangentem CE.

6 [*Fig. 1*]: In der Leibniz'schen Handzeichnung ist die Linie AC nicht eingezeichnet. Das infinitesimale Dreieck zum Punkt I ist etwas nach oben geschoben und mit INO bezeichnet. Da N doppelt vorkommt, hat Hrsg. in IPO abgeändert. Der Parabelbogen RH (R vom Hrsg. erg.) geht in der Handzeichnung irrtümlich von A aus.

Denique ducatur AG. perpendicularis ad CF. quae bisecabit CF. in G. quemadmodum ipsa AG. ipsius CE. dimidia est.

Manifestum est $\bigtriangledown^{\text{la}}$ ECF. et EBC. et CBF. et AGF. et CBE. similia esse, ideo $\dfrac{BF}{CF} = \dfrac{CF}{EF}$. Ergo $BF \frown EF = CF^2$. seu $CF = \sqrt{BF \frown EF}$.
Est autem BF. semper eadem. EF. autem continuo crescit uniformiter, constat enim ex BF. quae perpetuo eadem est, et AB. uniformiter crescente, duplicata. Ergo rectangula $BF \frown EF$, vel quadrata, CF^2. sunt arithmeticae progressionis, ipsaeque radices CF. sunt applicatae parabolae ad axem seu basi parallelae. Unde: si omnes CF. applicentur altitudini AB. in punctis B. donec evanescant in A. (ubi CF. ad nihilum recidit) figura ex iis conflata ABH. utique semiparabola erit, ac proinde quadrabilis $= \dfrac{2CF \frown AB}{3}$.
Datur ergo momentum curvae AC. ex axe AB, $= \dfrac{2CF \frown AB}{3}$. et circulus radio $\dfrac{\sqrt{CF \frown AB}}{3}$ descriptus erit superficiei conoeidis parabolici circa axem, aequalis.
Parabolae ABH. latus rectum erit $\dfrac{BF \frown EF.}{AB}$. diameter idem qui prioris AB.

Nunc inquirere operae pretium est, an eadem semper ratio sit $\dfrac{CF}{CB}$. cum sint applicatae correspondentes duarum parabolarum eiusdem altitudinis. Sunt autem omnes parabolae figurae homogeneae inter se, ac proinde applicatae respondentes, erunt proportionales. Sed hoc accuratius excutiendum est, ne in re tanti momenti, ut mox dicemus, coniectura labamur.
Dictum est CB esse $= Rq\, AD \frown AB$. et CF esse $Rq\, BF \frown EF$. $BF = \dfrac{AD}{2}$. $EF = 2AB + BF$. ergo ratio $\dfrac{CB}{CF}$ erit $= Rq \dfrac{AD \frown AB}{\dfrac{AD}{2} \frown 2AB + \dfrac{AD^2}{4}} = Rq \dfrac{AB}{AB + \dfrac{AD}{4}}$. Unde

3 et AGF. et CBE. *erg.* *L* 4 f. $\sqrt{\text{BF} \frown \text{EF}}$. *(1)* Ergo *(2)* Unde manifeste intelligitur, si omnes | rectae *erg. u. gestr.* | CF. applicatae intelligantur ad axem in punctis B. figuram ABH. inde conflatam fore aliam semiparabolam cuius latus rectum est dimidium, at diameter | seu abscissa *erg.* | duplum parabolae prioris *(2)* Est *L* 8 ad axem seu *erg.* *L*

9 donec evanescant: dies ist unzutreffend. — Der Fehler beeinflusst alle davon abhängigen Aussagen.

apparet falsum esse, quod prima specie in mentem poterat venire, neque eandem semper rationem esse $\frac{CB}{CF}$.

Sumatur aliud punctum I. in curva AC. unde perpendicularis ad curvam IK. producatur usque ad basin CH. cui occurret in L. demittatur applicata ex puncto assumto I. axi perpendicularis IM. erit, per superiora, recta $MK = BF$ vel $\frac{AD}{2}$.
Porro alibi demonstratum est summam ad basin omnium IK. perpendicularium curvae ad altitudinem productarum aequari MK. intervallo, perpendicularis et applicatae, in altitudine, hoc loco dimidio lateri recto, ad curvam. Quae si haberi posset summa omnium IK. ad basin, daretur curvae parabolicae aequalis recta. Ipsa autem IK. varie determinari potest: est enim $\sqrt{\llcorner \frac{AD\square}{4} + 2AM \frown \frac{AD}{2} \lrcorner}$ est etiam $IM\square + MK\square$. (nam $MK\square = \frac{AD^2}{4}$. et $IM\square = AM \frown AD$.)
Manifestum est porro haberi summam omnium MB. ad basin, cum constituat figuram, quadrabilem, semiparabolam; et summam omnium MK. quia semper idem; ergo et omnium KB.

$$\frac{BL}{IM} = \frac{MK = \frac{AD}{2}}{MB - \frac{AD}{2}}. \quad \text{Ergo } BL = \frac{\frac{AD}{2} \frown IM}{MB - \frac{AD}{2}}.$$

$$\frac{IL}{IK} = \frac{MB}{MK}. \quad \text{Ergo } IL = \frac{MB \frown IK}{MK}.$$

In omni figura curvilinea duo diversa haberi possunt triangula characteristica, ut pro ACB, habes CGA. idque aliter pro varie assumto puncto C. Idem non quidem in toto quadrante ellipseos, attamen in eius parte. Sed pro puncto C. eligendum est aliquod omnium commodissimum.

6 ad basin *erg. L*   19 f. Sed ... commodissimum. *erg. L*

---

6 alibi demonstratum: s. N. 28 S. 503 Prop. 6.   15 $\frac{BL}{IM}$: Es müsste umgekehrt $\frac{IM}{BL}$ heißen. — Leibniz rechnet konsequent weiter.

$IK.$ etiam sic determinari potest:

$$Rq\llcorner \underbrace{NK\Box}_{\frac{AD\Box}{4}+4AM^2+2\llcorner\frac{AD}{\cancel{2}}\frown\cancel{2}AM} \quad -IM\Box \quad -\underbrace{NM\Box}_{4AM^2}$$

fiet $$Rq\llcorner \frac{AD^2}{4}+2AD\frown AM-\underbrace{IM^2}_{AM\frown AD}=Rq\llcorner\frac{AD^2}{4}+AD\frown AM\lrcorner$$

sed res redit eodem.

Summa omnium $IK.$ ad basin est hyperbola, ideoque curva parabolica pendet a quadratura hyperbolae, quoniam summa omnium $IK.$ ad basin = ipsi $MK.$ perpetuo eidem ad arcum.

Sunt tamen NB. figurae curvilineae, in quibus non possunt duo $\bigtriangledown^{\text{la}}$ characteristica haberi, qualia sunt figurae finitae, seu quadrantes, ut circularis, ellipticus, ovalis, in quibus duo latera, unumquodque perpendiculare est curvae.

Omnis curva alterius curvae trochoeis esse potest, ac nescio an non et cycloeis. Hoc si analytice inveniri potest, habemus totidem curvis aequales rectas. Praeclarum est analyseos per indivisibilia specimen quod ab Hugenio datum est, in curvis evolutis indagandis.

Fingi possunt modis innumerabilibus descriptrices summabiles ad curvam, iisque casibus etiam curvae descriptae erunt rectificabiles. Nota diversa describetur curva, trochoeis ab ellipsi eadem revoluta, si scilicet aliud atque aliud punctum in ea signatum intelligatur. Idem est in aliis curvis. Videndum an eadem curva diversarum aliarum trochoeis esse possit, non puto.

17–21 *Daneben Merkfigur:*



6 sed ... eodem. *erg. L* 7 ad basin *erg. L* 13 et *(1)* circularis *(2)* cycloeis *L in anderer Tinte* 17 descriptrices *(1)* assignabiles *(2)* summabiles *L*

15 ab Hugenio datum: s. v. a. *Horologium oscillatorium*, 1673, Teil III, Satz XI, S. 81–90 (*HO* XVIII S. 224–241). — s. a. N. 2.

$$Rq\;\dfrac{\dfrac{3a^2}{4}}{a^2-b^2} \quad \dfrac{\cancel{a^2}-\cancel{b^2}}{}$$

$$\dfrac{\dfrac{a}{2}}{\dfrac{\cancel{a^2}}{\cancel{4}}} \qquad \dfrac{\dfrac{3a^2}{4}-b^2}{a} \;\sqcap\; \dfrac{3a}{4}-\dfrac{b^2}{a}$$

$$\begin{array}{llllll} \overset{4}{\cancel{2}\cancel{0}}-4 & Rq\,9-0. & Rq\,9-1. & Rq\,9-4. & Rq\,9-9. & \\ \underline{\;4\;} & & 1 & 3 & 5 & \\ \cancel{1}6 & Rq\;\;9 & Rq\;\;8 & Rq\;\;5 & \;\;0 & \\ \cancel{2}\cancel{5}-9 & Rq\,16-0. & Rq\,16-1. & Rq\,16-4. & Rq\,16-9. & Rq\,16-16. \\ \underline{\;4\;} & & 1 & 3 & 5 & 7 \\ \cancel{1}\cancel{6} & Rq\;\;16 & Rq\;\;15 & Rq\;\;12 & Rq\;\;7 & \;\;0 \end{array}$$

$$\begin{array}{l} a-b \\ \underline{a-b} \\ a^2[\textit{bricht } ab] \end{array} \qquad \begin{array}{r} a+\;Rq\,ba-b \\ \underline{a+\;Rq\,ba-b} \\ -\,ba\;-b\;Rq\,ba+b^2 \\ +a\,Rq\,ba+ba\;-b\;Rq\,ba\qquad\quad \\ +a^2\;+a\,Rq\,ba-ba\qquad\qquad\qquad\quad \end{array}$$

Auferenda:	$[-]\;2b^2-2aRq\,ba-\cancel{ba}$
Adicienda:	$+\;\cancel{2}ba-2b\,Rq\,ba$
Comparanda iam:	$+\;2b^2+2a\,Rq\,ba \infty +ba+2b\,Rq\,ba.$

Haec si sibi invicem deducantur fiet: $\llcorner 2a-b \frown Rq\,ba \lrcorner - \llcorner b \frown a-b \lrcorner$ sed hoc tamen multum abest a 0. Ideo eligenda eiusmodi quae si iis auferas addasve expressa in quantitate data, ut b^2, et deinde quae in ipsis auferri addive iubentur, quam proxime accedant ad 0. et quidem regula universali.

5 *(1)* Rq, 9 − 0. Rq, 9 − 1. | Rq, 9 − 4. 0. *streicht Hrsg.* | *(2)* Rq 9 − 0. *L* 16 *Vorzeichen erg. Hrsg.*



[*Fig. 2*]

De cycloeide contracta fig. ג et ד. sed quia ibi pleraque peccata deletaque sunt, hic breviter corrigemus: Ut data CI. investigemus CG. sic agendum est: ducatur ON. (dimidia DI.) perpendicularis ad CI. erit CN. dimidia CI. restat [ut] investigemus NG. (nam $NG + \overset{CN}{\frac{CI}{2}} = CG$.) quod facile est, nam $Rq\,OG^2 - ON^2 = NG$. Cumque summam CN. vel $\frac{CI}{2}$. ad curvam circularem dudum habeamus, summam NG. separatim inire sufficit. Est autem $OG^2 = \frac{a^2}{\beta^2}$. erit ergo

$$NG = \sqrt{\frac{a^2}{\beta^2} - \frac{\gamma a}{2}} \quad \sqrt{\frac{a^2}{\beta^2} - \frac{2\gamma a}{2}} \quad \sqrt{\frac{a^2}{\beta^2} - \frac{[3]\gamma a}{2}} \quad \text{etc.}$$

Ergo locus omnium NG. altitudini BC. applicatorum est curva parabolica. Debet autem inveniri summa omnium GN. ad arcum circuli, ut habeatur summa omnium arcuum curvae cycloeidis contractae. Summa autem omnium GN. ad arcum circuli aequatur summae omnium PG. ad altitudinem[,] uti summa omnium DI. ad altitudinem, aequi-

1 [*Fig. 2*] *erg. Hrsg. nach Text und N.* 29. 4 ut *erg. Hrsg.* 8 2 *L ändert Hrsg.*

3 corrigemus: Leibniz greift hier die Gedanken von N. 29 S. 526 Z. 7–10 wieder auf. Auch dieser zweite Versuch ist nicht fehlerfrei und führt zu keinem befriedigenden Ergebnis.

valet summae omnium CI. ad arcum. Ut autem habeamus PG. ducatur OQ. aequalis et parallela NG. patet $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ OQP. esse simile $\bigtriangledown^{\text{lo}}$ CNO. Ergo $\dfrac{PQ}{ON} = \dfrac{QO}{CN}$. Ergo $PQ = \dfrac{QO \frown ON}{CN}$ vel $\dfrac{NG \frown DI}{CI}$. Videamus an constans sit ratio $\dfrac{NG}{CI}$. Dictum est qualis sit NG. nimirum Rq. differentiae inter OG^2 et ON^2. At CI est Rq. differentiae inter $\beta^2\,OG^2$ et $4\,ON^2$. erit ergo ratio $\dfrac{\sqrt{OG^2 - ON^2}}{\sqrt{\beta^2 OG^2 - 4ON^2}} = \sqrt{\dfrac{OG^2 - ON^2}{\beta^2 OG^2 - 4ON^2}}$. Ergo $PQ = \sqrt{4ON^2} \frown \sqrt{\dfrac{OG^2 - ON^2}{\beta^2 OG^2 - 4ON^2}}$. Quando autem $\beta^2 = 4$. seu quando $OG = OC$. tunc summa omnium PQ. quadrabilis, sive curva cycloeidis haberi potest, tunc enim non est protracta vel contracta.

Etiam atque etiam considerandum est, an non sint aliqui casus methodi per inscripta et circumscripta, quia per communem methodum indivisibilium suppleri nequeant — qualis videtur esse quadratura lunulae Hippocraticae.

Nimirum non video quid prohibeat excogitari figuras, in quibus summa laterum inscriptorum crescat, circumscriptorum decrescat in tali ratione, ut concursus eorum definiri possit, vel per problema planum vel per solidum. Fingendo scilicet summam laterum semper extendi; hic locus erit utendi illis seriebus infinitis summabilibus, quarum summae finitae, seu cum summa infinitarum linearum non it in planum: aut potius hic locus est inveniendi terminum alicuius seriei eiusmodi dupliciter affectae, id est partim crescentis partim descrescentis, donec incrementorum decrementorumque differentia evanescat. Ita non opus est serie convergente, sufficit simplex vel inscriptorum solum, vel circumscriptorum solum.

Caeterum inscripta fiunt per chordas, circumscripta per tangentes, concurrentes. Hae autem incidunt in nostrum triangulum characteristicum, et ideo utiliores. Porro utile foret tentare possitne fieri, ut chordae laterave inscripta pariter ac circumscripta semper sint aequalia, quod fieri posset, faciendo ea semper aequalia, et residuo ultimi, quod succedere non vult, seu iusto minus est, faciendo partes reliquorum subdividendorum aequales, etsi qua pars rursus superest, ita denuo procedendo, ita in infinitum semper habebuntur latera aequalia. Quodsi iam hac laterum in aequalia divisione aliae quaedam lineae quoque aequales aut apte crescentes orirentur, v. g. omnes perpendiculares ad illa latera, aut applicatae crescentes certa quadam progressione, eaque constanti, id est apparitura, subdivisa licet figura in infinitum; tunc applicatae istae lineae ad curvam summari poterunt.

Si persequamur applicatae datae figurae ut hyperbolae, in quas figuras alia forma ingredi possint, v. g. ut intervalla perpendicularium, tangentium etc., tunc eo ipso nova de ipsa theoremata habebimus, eiusque applicata curvae altitudini, basi alterius applicabimus, easque hoc modo cum aliis figurae novae lineis comparabimus.

Loci distantiarum inter focos in ellipsi et hyperbola perpetuarum, possunt esse quasi ellipses et quasi hyperbolae in quibus distantiae illae decrescant crescantve certa ratione.

Non tantum inscripta et circumscripta latera, sed et polygona ipsa, quorum latera sunt eorumque quantitas continue crescens decrescensve considerari potest ad habendam figurae quantitatem, ut prius curvae.

Alia est methodus pro summis curvarum, ut scilicet dividatur altitudo eum in modum, in partes forsan inaequales, ut latera quoque seu arcus trianguli characteristici, seu chordae inassignabiles certa proportione summabili crescant decrescantve.

Ellipsis $2ax - \frac{a}{t}x^2 = y^2$, unde $\cancel{2}ap - \frac{\cancel{2}a}{t}xp = \cancel{2}y^2$, seu $p = \frac{y^2}{a - \frac{a}{t}x} = \frac{2ax - \frac{a}{t}x^2}{a - \frac{a}{t}x}$, hoc dividatur y, hoc inquam dividatur $y = \sqrt{2ax - \frac{a}{t}x}$, seu $\frac{y}{\frac{y^2}{a - \frac{a}{t}x}} = \frac{y \frown a - \frac{a}{t}x}{y^2}$, fiet $\frac{a - \frac{a}{t}x}{y} = \frac{a - \frac{a}{t}x}{\sqrt{2ax - \frac{a}{t}x^2}}$, differentia ordinatae ellipsis, eius $\square^{\text{to}}$ $\frac{a^2 + \frac{a^2}{t^2}x^2 - \frac{2a^2}{t}x}{2ax - \frac{a}{t}x^2}$,

3 ut hyperbolae *erg. L*

15–544,2 Dieser Abschnitt steht auf Bl. 267 r° oben und ist zusammen mit der Zahlenrechnung durch einen Trennstrich von dem übrigen Text abgesetzt. Er dürfte zuerst auf den Bogen geschrieben worden sein.

additoque $1 = \dfrac{2ax - \dfrac{a}{t}x^2}{2ax - \dfrac{a}{t}x^2}$, fiet: $\sqrt{\dfrac{a^2 + \begin{matrix}\dfrac{a^2}{t^2}\\ -\dfrac{a}{t}\end{matrix} x^2 - \begin{matrix}\dfrac{2a^2}{t}\\ -2a\end{matrix} x}{2ax - \dfrac{a}{t}x^2}}$ latus curvae ellipticae.

$$\sqrt{\frac{a^{\not 2}t^2 + a^{\not 2}x^2 - \not a tx^2 - 2a^{\not 2}tx + 2\not a t^2x}{2\not a t^2x - \not a tx^2}} = \sqrt{\frac{at^2 + ax^2 - tx^2 - 2atx + 2t^2x}{2t^2x - tx^2}}.$$

$\dfrac{a^2}{a \mp \sqrt{ax},} = y$, $a^2 = ay \mp y\sqrt{ax}$, vel $a^2 - ay = \mp\, y\sqrt{ax}$, vel $a^4 - 2a^3y + a^2y^2 = y^2ax$. Ergo $\dfrac{a^3}{y^2} - \dfrac{2a^2}{y} + a = x$.

$\dfrac{a}{a+\sqrt{ax}} = \dfrac{a}{\sqrt{ax}} - \dfrac{a^2}{ax} + \dfrac{a^4}{a^2x^2}$ etc. Iam $\dfrac{a^2}{\sqrt{ax}} = y$, dabit: $\dfrac{a^4}{ax} = y^2 = \dfrac{a^3}{x} = y^2$. Ergo $x = \dfrac{a^3}{y^2}$. Ergo reliqua $-\dfrac{2a}{y} + a$, aequant: $-\dfrac{a}{x} + \dfrac{a^2}{x^2} - \dfrac{a^4}{x^4}$ etc. Quo posito differentia inter $\dfrac{2a}{y}$ et $\dfrac{a}{x}$ in illa hypothesi $+a$, summa erit horum $\dfrac{a^2}{x^2} + \dfrac{a^4}{x^4}$ etc. Videndum an inde aliqua lux ad summam eiusmodi indagandam. Imo differentia ista nihil aliud est quam spatium quoddam hyperbolicum. Inprimis consideratione dignum, quod eadem oritur figuram quomodocunque explicetur $\mp$ sive per $+$ sive per $-$ unde etiam differentia

---

2 *Darunter in anderem Duktus:*

$$\begin{array}{r} 1673 \\ \underline{96} \\ 10038 \\ \underline{15057\ } \\ 160608 \end{array}$$

---

5 $\dfrac{a}{a+\sqrt{ax}}$: in der Reihenentwicklung überspringt Leibniz das dritte Glied, dies wirkt sich bis zum Ende des Abschnitts aus.

inter haec duo $\frac{a}{\sqrt{ax}} - \frac{a}{x} + \frac{a^2}{x^2}$ etc. alternantem, et simplicem $\frac{a}{\sqrt{ax}} + \frac{a}{x} + \frac{a^2}{x^2}$ etc. deberet haberi.

Adhibeat $\frac{\sqrt{ax}}{a \mp \sqrt{ax}}$. Unde fiet: $\frac{\sqrt{ax}}{a} - \frac{ax}{a^2} + \frac{\sqrt{a^3x^3}}{a^3}$ etc. vel etiam $\frac{\sqrt{ax}}{a+\sqrt{ax}} = \frac{\sqrt{ax}}{a} - \frac{\cancel{a}x}{a^{\cancel{2}} + \cancel{a}\sqrt{ax}}$. Iam si $\frac{xa}{a+\sqrt{ax}} = y$. erit $xa - ay = y\sqrt{ax}$. et $x^2a^2 - 2a^2xy + a^2y^2 = axy^2$. Ergo $a^2y^2 = -x^2a^2 + \genfrac{}{}{0pt}{}{2a^2y}{ay^2}\, x$. $\frac{a^2y^2}{a^2} - \frac{\Box\overline{\llcorner a^2y + \frac{ay^2}{2} \lrcorner}}{a^4} = -\frac{x^2a^2}{a^2} + \frac{\overset{+2a^2y\quad x}{ay^2}}{a^2} - \frac{\Box\overline{\llcorner a^2y + \frac{ay^2}{2} \lrcorner}}{a^4}$. Ergo [$\sqrt{a^2y^2 - \frac{\Box\overline{\llcorner a^2y + \frac{ay^2}{2} \lrcorner}}{a^2}} = \mp ax \mp \frac{a^2y + \frac{ay^2}{2}}{a}$.]

Alia figura $\frac{a^2}{a+\sqrt{ax}+x} = y$. Ergo $a^2 = ay + y\sqrt{ax} + xy$, vel $a^2 - ay - xy = y\sqrt{ax}$. vel $a^4 - 2a^3y - 2a^2xy + a^2y^2 - \overset{3}{\cancel{2}}ay^2x + x^2y^2 = \cancel{y^2ax} = 0$. vel $a^4 - 2a^3y + a^2y^2 = 3ay^2x - \underset{2a^2y}{x^2y}$.

Unde ad extractionem radicis a latere x veniri potest.

$$\text{Iam } \frac{a}{a+\sqrt{ax}+x} = \frac{a}{\sqrt{ax}+x} - \frac{a^2}{ax+\sqrt{ax^3}+x^2}$$
$$+ \frac{a^3}{\sqrt{a^3x^3} \underset{(ax^2)}{-} \sqrt{a^2x^4} + \sqrt{ax^5} + ax^2 + \sqrt{ax^5} + x^4} \quad \text{etc. et summa}$$

tamen horum omnium facilius ita iniri potest:

---

7 *Daneben:* Haec ergo figura licet tam implicata ex hyperbolae quadratura pendet.

3–6 Adhibeat ... Ergo $\sqrt{\mathrm{a^2y^2} - \llcorner\Box, \mathrm{a^2y} + \frac{\mathrm{ay^2}}{2}\lrcorner} = \mp \mathrm{x} \mp \mathrm{a^2y}$ [*bricht ab*] *am Rande erg. L, ändert Hrsg.* 3 etc. *(1)* vel etiam $\frac{\sqrt{\mathrm{ax}}}{\mathrm{a}} - \frac{\mathrm{ax}}{\mathrm{a^3} \mp \sqrt{\mathrm{a^5x}}}$. *(a)* Unde *(b)* Hoc transformetur *(2)* vel *L*

---

7 Alia: In den Rechnungen der beiden folgenden Abschnitte unterlaufen Leibniz verschiedene Flüchtigkeiten, eine davon — S. 546 Z. 1, wo es a^2 anstelle von xa heißen müsste — führt zu dem trügerischen Endergebnis.

$\frac{a}{x} - \frac{a\sqrt{ax+xa}}{x^2} +$ etc. ita ut iam haec summa, ubi numeratores tantum sunt compositi, priori licet implicatissimae ubi nominatores compositi erant aequetur. Iam $\frac{a\sqrt{ax+xa}}{x^2}$ ita resolvi potest in partes[:] $\frac{xa}{x^2} = \frac{a}{x}$. unde priori $\frac{a}{x}$ rursus $\frac{a}{x}$ adimitur, et $\frac{a^2\sqrt{ax}}{x^2} = y$. unde $\frac{a^3x}{x^4} = y^2 = \frac{a^3}{x^3}$. cuius datur quadratura. Eodem modo si pergatur ad $\frac{a\sqrt{ax+xa}, \frown \sqrt{ax+x}}{x^2}$ fiet $\frac{a^2x + ax\sqrt{ax+xa}\sqrt{ax+x^2a}}{x^3}$ sive $\frac{a^2}{x^2} + 2\frac{\sqrt{a^2x}}{x^3}$ (unde $= y$, et $\frac{a^2x}{x^6} = y^2$, $\square^{\text{bile}}$) $+\frac{a}{x}$. Unde iterum $\frac{a}{x}$, quod rursus per sequens destruetur.

Si inveniri posset ars inveniendi figuram ex data tangentium proprietate, eadem opera credo arithmetica summarum perficeretur; possumus enim semper opinor ope divisionum istarum excogitare figuram ex cuius quadratura pendeat seriei alicuius geometricae finitae infinitaeve summa. Et quoniam credo ostendi posse omnium figurarum dari quadraturam ope logarithmorum iam superest rem illam maximam ostendere, quomodo scilicet datae cuilibet seriei arithmeticae adhiberi possit arithmetico-sygnotos saltem quando aliter id fieri non potest per approximationem. Duo igitur maxima puto praestari posse[:] r e s o l u t i o n e m omnium aequationum, per tabulam sinuum, sive cyclicam, et c o m p o s i t i o n e m omnium aequationum per hyperbolicam.

T a b u l a L e i b n i t i a n a: ad quam opus instrumento meo. Grandis calculus maximorum calculorum cui libro apparatus tabulae Leibnitianae servabitur, unde excerpetur exigua ad usum qualis sinuum et logarithmorum communis. Ab altero latere tabulae repraesentabitur eius sinus si ipse pro arcu sumatur; eius logarithmus si pro naturali; eius potestates si pro radice.

Tabula condenda inversa: in qua cuilibet numero naturali e regione ponatur arcus qui ei respondet si pro sinu sumatur, et numerus naturalis qui ei respondet si sumatur pro logarithmo; item radix quae ei respondet quadratica, cubica etc. Huic tabulae fundamentum est sinuum et logarithmorum calculus ad summam vastitatem extensus. Ita

3 rursus *(1)* aliquid additur *(2)* $\frac{\mathrm{a}}{\mathrm{x}}$ adimitur *L* 16–547,4 T a b u l a ... radicum. *erg. L*

et logarithmus exhiberi possit, qui rationem habeat datam ad logarithmum denarii, et sinus qui ad eundem rationem habeat datam.

Ante omnia condenda tam vasta logarithmorum tabula, inde enim facile habentur sinus et extractiones radicum.

1 f. ad logarithmum denarii *und* ad eundem *erg. L*

31. NOTAE MAXIME AD CIRCULI QUADRATURAM RELATAE
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* Notiz: LH 35 II 1 Bl. 254–255. 1 Bog. 2°. 4/5 S. auf Bl. 254 v°. Bl. 254 r° leer. — Auf dem übrigen Bogen N. 32.
Cc 2, Nr. 883 tlw.

Datierungsgründe: Das vorliegende Stück ist als erstes auf den Bogen geschrieben worden. Es ist daher zeitlich kurz vor N. 32 (vgl. dort) anzusetzen.

Fortification nouvelle de Honoré Meusnier presentée au Roy.
Modum proponit triangula ac quadrangula, ac pentagona aeque bene fortificandi, ac ea in quibus numerus laterum maior. Idque non *par bastions flanquez, mais par des autres especes d'ouvrages, qu'il appelle avantgardes*. Variasque alias adhibet formas non communes.



[*Fig. 1*]

Est in fol. 1626 circiter Parisiis editus.

P. Gregorius a S. Vincentio demonstravit ni fallor si ea sit ratio ab ad cd, quae est cd ad ef, spatia ad et cf esse aequalia[;] si inaequalia sint etc. ostendit, id unde deduxit P. Sarrasa usum ad logarithmos.

---

8 *Fortification*: Honorat de Meynier, *Les nouvelles inventions de fortifier les places*, 1626.
15–17 Vgl. dazu: G. de Saint-Vincent, *Opus geometricum*, 1647, S. 586 (Satz 109) und S. 594–597 (Satz 125–130) sowie A. A. de Sarasa, *Solutio*, 1649, S. 7 f.



[*Fig. 2*]

Georgius Aloysius de Löwenthurn defensionem problematis Austriaci suscepit.

Domin. de Nonantcourt *Euclides Logisticus*. Is primus compositionem rationum demonstravit, teste Fr. Ainscomb. in defensione quadraturae P. Gregorii.

Quadrasse ait Ainskom, P. Gregorium duarum hyperbolarum similium et aequalium certo modo positarum lineis curvis comprehensum spatium.

P. Mersennum voluisse reducere problematum Gregorianorum solutionem ad solutionem huius problematis: exhibere lineas quae sunt ut logarithmi duorum terminorum rationem datam habentium. Eamque resolutionem esse ultimam solutionem P. Gregorii non obscure innuit, hanc esse sententiam Robervallii.

P. Ainskom refert epistolam Cartesii ex Svecia scriptam ad amicum, qui de Robervallio ita iudicat: *Si M. Roberval n'a pas l'esprit de refuter le P. Gregoire, et si le dit pere ne trouve point d'autre adversaire que celui cy il ne luy sera pas difficile de se defendre.*

2 suscepit: Gottfried Aloys Kinner von Löwenthurn, *Elucidatio geometrica*, 1653. 4 teste: François Xavier Aynscom, *Expositio ac deductio*, 1656, S. 72. Aynscom bezieht sich auf François de Nonancourt, *Euclides logisticus*, 1652. — In Hannover, *Niedersächs. Landesbibl.* befindet sich ein Handexemplar des *Euclides logisticus* (Ms IV 380a) mit zahlreichen Eintragungen von Leibniz' Hand aus früh-hannoverscher Zeit. 5 Quadrasse: s. Aynscom, *a. a. O.*, S. 101 f. Aynscom bezieht sich hier auf das *Opus geometricum* S. 603 (Satz 139). 7–10 Vgl. dazu M. Mersenne, *Novarum observationum*, 1647, S. 71 f. bzw. A. A. de Sarasa, *Solutio*, 1649, S. 4 sowie Aynscom, *a. a. O.*, S. 105. 11 refert: Aynscom, *a. a. O.*, S. 108; s. a. *DO* V, S. 464 f.

Video P. Gregorium invenisse primum, cylindrum aequalem esse parabolae in seipsam inverse ductae. Cum ego putarem me id invenisse.

Postea conatur hunc ductum cubare. Sed hoc ego successurum vix crediderim.

Quadraturam quae ex mesolabo dependeret, ineptam fore ait P. Ainskom, ego id minime arbitror, haberemus enim certe exactam exhibendae rectae circulo aequalis rationem, etsi conicam.

$$\begin{array}{llll} Rq\ \beta a & Rq\ 2\beta a & Rq\ 3\beta a & Rq\ 4\beta a \\ \underline{Rq,\ a^2-\beta a.} & \underline{Rq, a^2-2\beta a.} & \underline{Rq,\ a^2-3\beta a.} & \underline{Rq, a^2-4\beta a.} \\ \sqrt{,}\,\beta a^3-\beta^2 a^2. & \sqrt{,}\,2\beta a^3-4\beta^2 a^2. & \sqrt{,}\,3\beta a^3-9\beta^2 a^2. & \sqrt{,}\,4\beta a^3-16\beta^2 a^2. \quad \text{etc.} \end{array}$$

solidum cui cylinder aequalis.

Dividantur omnia per a, vel $Rq\ a^2$. fiet:

$$\sqrt{,}\,\beta a-\beta^2. \qquad \sqrt{,}\,2\beta a-4\beta^2. \qquad \sqrt{,}\,3\beta a-9\beta^2 \qquad \sqrt{,}\,4\beta a-16\beta^2. \qquad \text{etc.}$$

spatium aequale imo idem portioni circulari.

Et aequatio talis est huius figurae istae applicatae: $y^2 = xa - x^2$. Ergo $\dfrac{y^2}{x} = a - x$. vel $\dfrac{y^2}{x} + x = a$.

NB. non potest x exhiberi pure.

$y^2+x^2 = xa$. Ergo quad. sinus additum quad° altitudinis = quad. applicatae parabolicae, ergo locus omnium y, est ad circuli circumferentiam. Ergo nihil hinc lucis.

13 imo idem *erg. L* 16 f. pure. *(1)* Hinc nata figuras, quarum applicatae non possunt exhiberi p u r e g e o m e t r i c e . *(2)* Apparet autem manifeste locum ipsius y. esse *(a)* hyper *(b)* parabolam, *(3)* $\mathrm{y}^2+\mathrm{x}^2$ *L* 18 circumferentiam. *(1)* Ergo $\mathrm{y} = \sqrt{\mathrm{xa}-\mathrm{x}^2}$. idem $\mathrm{y} = \sqrt{\mathrm{a}^2-\mathrm{x}^2}$. Ergo $\mathrm{xa}-\mathrm{x}^2 = \mathrm{a}^2-\mathrm{x}^2$. Ergo $\mathrm{xa} = \mathrm{a}^2$. *(a)* ut constat *(b)* quod absurdum. *(2)* Ergo *L*

---

1 Video: *Opus geometricum*, S. 794 (Satz 136); das Ergebnis wird auch S. 840 angeführt. — Vgl. dazu J. WALLIS, *Arithmetica infinitorum*, 1656, S. 108 f. (Satz 136) = *WO* I, S. 426 f. 3 conatur: *Opus geometricum* S. 840; sein Vorhaben führt Saint-Vincent im 1. Teil des 9. Buches (S. 957–975) aus.
4 ait: AYNSCOM, *a. a. O.*, S. 117.

32. MOMENTA SEGMENTI CIRCULARIS
[Sommer 1673]

Überlieferung: L (tlw. verworfenes) Konzept: LH 35 II 1 Bl. 254–255. 1 Bog. 2°. 2 $\frac{1}{5}$ S. auf Bl. 254 v° unten sowie Bl. 255 r° u. v°. Bl. 254 r° leer. — Auf dem übrigen Bogen N. 31. Cc 2, Nr. 883 tlw.

Datierungsgründe: Das Stück ist offenbar unter dem Eindruck von Leibniz' ersten gründlichen mathematischen Studien in Frühjahr 1673 entstanden und stellt einen Versuch dar, der Kreisquadratur mittels Momentenbetrachtungen näherzukommen. Das Auftreten der 1. Form des Doppelvorzeichens sowie das Wasserzeichen des Papiers deuten auf eine Abfassung in zeitlicher Nähe zu N. 40 vom August 1673 hin.



[*Fig. 1*]

11 [*Fig. 1*]: Die Elemente I, (H), DC, QP fehlen in der Leibniz'schen Handzeichnung, kommen aber im Text vor; sie sind deshalb vom Hrsg. ergänzt worden.

[*Teil 1, gültig*]

Esto segmentum circuli, ABC. Habetur eius momentum ex axe AB. habetur enim summa quadratorum applicatarum basi BC parallelarum, cuius dimidium est momentum figurae ex AB. Sed si haberetur momentum ex basi BC. haberetur area figurae. Ponamus enim haberi momentum ex AB esto b^3. ex BC esto c^3. Ergo area figurae ABC esto x^2. Distantia centri gravitatis ab AB erit $\frac{b^3}{x^2}$. et ab BC erit $\frac{c^3}{x^2}$. Datur ergo ratio harum distantiarum $= \frac{b^3}{c^3}$. ergo et recta, in quam cadit punctum seu centrum BF, si scilicet $\frac{BG}{FG} = \frac{b^3}{c^3}$.

Iam ex centro D ducatur rectae BF parallela DH. rectaeque ad eam perpendiculares: CI et BK. et ABC agatur circa axem HK. Patet momentum eius aequari cylindrico, cuius basis ABC. altitudo BK. quoniam distantia centri gravitatis, id est lineae BF ab axe HK. ducta in figuram dat eius momentum. Atqui totum momentum $ABKICA$ ex axe IK quadrabile est, item momentum et $CBKI$ trapezii, ergo et residui ABC. Posset ergo quadrari cylinder. Quod est absurdum.

2–14 *Dazu am Rande später ergänzt:*

Aliter[:] si habito momento ex AB. quaeras momentum ex DE. dicti semisegmenti ABC quod inveniri potest. Ergo potest duci recta DR. in quam cadit centrum gravitatis ipsius ABC semisegmenti. Hinc si semisegmentum volveretur circa XS vel TU. ipsi DR. axi aequilibrii parallelam, annulus productus aequabitur cylindrico cuius basis figura ABC. altitudo distantia ipsius DR. axis aequilibrii, ab axe revolutionis.

Hinc et p r o b l e m a , quamlibet circuli portionem statice bisecare.

Si quis alicuius portionis circularis momentum ex aliqua recta quae intra circulum ⟨producta⟩ in centrum non cadit, seu diametri portio non est, invenire posset, is quadraturam invenisset.

4 Sed *(1)* et habetur momentum ex basi BC. habetur enim momentum quadrantis ADE ex basi *(2)* si *L*

---

19 annulus: genauer müsste der von Leibniz angegebene Wert noch mit 2π multipliziert werden.

Sed ut ista clariora ⟨fiant⟩ ad calculos reducere operae pretium est.

Patet quadratum $\overset{\square}{BC}{}^2 = \overset{\square}{CD}{}^2 - \overset{\square}{BD}{}^2$. Ergo ut habeatur summa quadratorum omnium parallelarum basi BC, ipsi AB applicatarum, inveniatur primum summa omnium quadratorum ipsius radii, CD. ad AB applicatorum, demta summa omnium BD^2.
Summa omnium radii quadratorum, ad AB applicatorum, posito $AB = b$. et $CD = a$. erit $a^2 b$.
Summa omnium BD^2 ad AB applicatorum est[:]

$$\begin{array}{cccccl} a & + & a-\beta. & + & a-2\beta. & \text{etc.} \\ \underline{a} & & \underline{a-\beta.} & & \underline{a-2\beta} & \\ a^2 & + & a^2+\beta^2-2\beta a & + & a^2+4\beta^2-4\beta a & \text{etc.} \end{array}$$

vel $a^2 + a^2 + a^2$ etc. $+\ \beta^2 + 4\beta^2$ etc. — $2\beta a + 4\beta a + 6\beta a$ etc. $= a^2 b + \frac{1}{3}b^3 - ab^2$.
Ergo summa omnium $BC^2 = a^2 b - a^2 b - \frac{1}{3}b^3 + ab^2$. vel summa omnium $BC^2 = ab^2 - \frac{1}{3}b^3$.
Hanc summam dimidiatam, seu momentum ne repetere necesse sit, appellemus (c^3).

Iam ut quadrata omnium AB ad BC applicatarum, habeamus, ita procedendum est[:]

Dantur quadrata omnium parallelarum AD ad DE applicatarum, seu omnium applicatarum totius quadrantis, nempe $a^3 - \frac{1}{3}a^3 = \frac{2}{3}a^3$.
Dantur et quadrata omnium applicatarum portionis ELC. ipsi CL. parallelarum, nempe $a\ EL^2 - \frac{1}{3}EL^3$.
Ergo $\frac{2}{3}a^3 - a\ EL^2 + \frac{1}{3}EL^3$ = summae omnium $\square^{\text{torum}}$, applicatarum quadrilinei $CLDAFC$. ipsi AD parallelarum.

Quaeritur iam summa omnium quadratorum, applicatarum semisegmenti CBA, ipsi AB parallelarum.

13 dimidiatam, seu momentum *erg. L*

---

11 Leibniz verwendet hier verschieden große Vorzeichen, die größeren haben zugleich Klammerfunktion.

Et manifestum est $AB^2 + BD^2 + AB \frown BD = AD^2$. itemque est in omnibus parallelis. Ideo

$$AB^2 = AD^2 - BD^2 - AB \frown BD.$$

vel quadratum parallelae ipsius AB aequatur quadrato parallelae ipsius AD. demtis: quadrato ipsius BD perpetuo eiusdem, et rectangulo ex parallela ipsius AB in perpetuam BD.

Quare et summa quadratorum omnium parallelarum ipsius BD ad BC applicatarum aequatur summae $\square^{\text{torum}}$, omnium parallelarum AD. demto quadrato BD ducto in BC. seu demto $BD^2 \frown BC$. demtaque praeterea summa omnium AB parallelarum, id est spatio vel semisegmento ABC in BD. seu cylindrico cuius basis ABC. altitudo BD.

Fiet summa quadratorum parallelarum $AB =$

$$\frac{2}{3}a^3 - a\ EL^2 + \frac{1}{3}EL^3 - BD^2 \frown BC - ABC \frown BD.$$

Est autem $BC = a - EL$. fiet:

$$\frac{2}{3}a^3 - a\ EL^2 + \frac{1}{3}EL^3 - a\ BD^2 - BD^2 \frown EL - ABC \frown BD.$$

$$\begin{array}{llcl} \text{vel quia} & EL & = & a - BC. \\ & EL^2 & = & a^2 + BC^2 - 2a\ \ BC. \\ & EL^3 & = & a^3 + a\ BC^2 - 2a^2BC^2 - a^2BC - BC^3 + 2a\ BC^2.\ \text{vel} \\ & & & a^3 - 3a^2BC + 3a\ BC^2 - BC^3. \end{array}$$

fiet:

$$\frac{2}{3}a^3 \underbrace{- a^3 - a\ BC^2 + 2a\ BC}_{-a\ EL^2} + \llcorner \underbrace{a^3 - 3a^2BC + 3a\ BC^2 - BC^3}_{= EL^3} \lrcorner \smile 3$$

$$-BD^2 \frown BC, -ABC \frown BD.$$

7 ad BC applicatarum *erg. L*

1 manifestum est: Hier wird die Rechnung fehlerhaft. In der Folgegleichung vergisst Leibniz den Faktor 2. Zu diesem Versehen kommen im Laufe der Untersuchung weitere hinzu (S. 555 Z. 6, S. 555 Z. 13, S. 555 Z. 17, S. 556 Z. 5, S. 556 Z. 7). Die Fehler wirken sich bis zum Ende von Teil 1 aus und werden auch in den Teil 2 hinübergenommen.

Totum autem istud

$$\underbrace{\frac{2}{3}a^3 - a\ EL^2 + \frac{1}{3}\ EL^3 - BD^2 \frown BC}_{(d^3)}\ -ABC \frown BD.$$

appellabimus (d^3) $-ABC \frown BD$.

Et quia sector circuli, $AFCD$. est curva AFC in radium [dimidiatum] $\frac{a}{2}$. ideo curvam appellabimus x, erit sector $\frac{ax}{2}$. A quo auferatur $\triangledown^{\text{lum}}\ DBC = \frac{BD \frown BC}{2} = (e^2)$. erit segmentum $ABC = \frac{ax}{2} - e^2$. et $ABC \frown BD = \frac{a^2x}{2} - e^2a$.

Ad tangentes vel perpendiculares curvarum inveniendas, mihi commodissima Huddenii ratio videtur, nimirum ille invento quadrato perpendicularis PC, atque altero indeterminatarum y. AM abscissae, vel x. CM applicatae, ex aequatione, ut a Cartesio praescriptum est, ope aequationis cuiusdam naturam curvae exprimentis eliminato; ita ut altera indeterminatarum, v. g. abscissa y. tantum restet; hoc inquam facto Huddenius aequationis inde productae terminos multiplicat per exponentem ipsius y in unoquoque termino repertae. Atque ideo termini in quibus nulla est y abiciuntur. Inde orta aequatio perpendicularem dabit.

Hoc ille in conchoeide expertus, apud Schotenium, notis ad secundum *Geometriae* Cartesii librum pag. 255.

Placet in ellipsi experiar, ut appareat an calculus consentiat Cartesiano. Ostendit Cartesius pag. 41, posita perpendiculari $PC = s$. et abscissa $AM = y$. et latere recto $= r$. latereque transverso $GA = q$. recta denique $PA = v$. ostendit inquam ex natura ellipsis:

$$y^2 \quad \frac{+qry - 2qvy + qv^2 - qs^2}{q - r} = 0.$$

Indeque pag. 46, invenit:

$0 - 2ey$, vel (quia $e = y$) $\quad 0 - 2y^2 = \dfrac{qry - 2qvy}{q - r}$.

Unde $0 = \dfrac{qry - 2qvy}{q - r} + 2y^2$. sive $0 = qry - 2qvy + 2y^2q - 2y^2r$. vel $qr + 2yq = 2vq + 2yr$. Igitur $2vq = qr + 2yq - 2yr$. sive denique:

$$v = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q}.$$

Idem Huddenii methodo sic reperitur:

Aequatio est:

$$y^2 \qquad \frac{qry - 2qvy + qs^2}{q - r} \quad = \quad 0.$$

10 f. pag. 255. *(1)* Ergo in ellipsi statim facilique *(2)* Placet *L* 13 ex natura ellipsis *erg. L* 17 f. +2yr. *(1)* Igitur $\mathrm{qr} - 2\mathrm{yq} + 2\mathrm{yr} = 2\mathrm{qv}$. Ac denique $\mathrm{v} = \dfrac{\mathrm{r}}{2} - \mathrm{y} + \dfrac{\mathrm{yr}}{\mathrm{q}}$. *(2)* Igitur *(a)* $\mathrm{qr} = 2\mathrm{yq} - 2\mathrm{yr} + 2\mathrm{qv}$. Ergo $\mathrm{qr} - 2$ *(b)* 2vq *L*

1 f. Huddenii ratio: Im Folgenden setzt sich Leibniz mit dem Hudde'schen und dem Descartes'schen Verfahren, Tangenten bzw. Normalen zu bestimmen, auseinander. Neben den von Leibniz selbst genannten Stellen aus der *Geometria*-Ausgabe ist insbesondere noch J. Hudde, *De reductione aequationum*, *DGS* I S. 436, zu nennen.

fiet per multiplicationem Huddenianam:

$$\begin{array}{ccccc} 2. & 1. & 1. & 0. & 0. \\ \hline 2y^2 & \dfrac{+qry-2qvy}{q-r} & + \;0 & & = \;0. \end{array}$$

Hinc ecce aequationem eandem cum aequatione a Cartesio inventa:

$$0 - 2y^2 \;=\; \frac{+qry-2qvy}{q-r}.$$

Caeterum videndum est quemadmodum datis abscissa AM applicata MC inveniri possint tangentes CH, sive perpendiculares PC, sive reductae PM, sive productae AH. Ita vicissim ope tangentis solius, vel perpendicularis solius, vel reductae solius, vel productae solius, ac praeterea abscissae, inveniri possit applicata. Et ut facilior haec sit inquisitio, retento exemplo praecedente, tentemus regressum.

Ponamus ergo ex cognitis PM. quas reductas voco, quaerendas applicatas CM. Cum autem sit PA vel $v = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q}$. erit

$PM = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q} \; -y$. seu $PM = \frac{r}{2} - \frac{yr}{q}$. sive $PM = \frac{qr-2yr}{2q}$.

Unde manifestum est locum omnium PM fore lineam rectam, et si rectae AM velut altitudini applicatae intelligantur, incidere omnes in figuram rectilineam.

5 est *(1)* an haec tangentium method *(2)* quemadmodum datis *(a)* applicatis *(b)* abscissa *L*
6 sive reductae PM, sive productae AH *erg. L* 7 f. ope *(1)* tangentium | solarum *erg.* |, vel perpendicularium | solarum *erg.* |, vel reductarum, vel productarum, inveniri queant *(a)* soli *(b)* una nimirum ex aliqua *(2)* tangentis solius, vel perpendicularis solius, vel reductae | solius *erg.* |, vel productae | solius *erg.* |, ac *L* 12 −y. *(1)* et quia per naturam ellipsis: $\mathrm{xx = ry - \frac{r}{q}yy}$. vel $\mathrm{xxq = ryq - ryy}$. vel $\mathrm{\frac{xxq}{r} = yq - ryy}$. conemur *(a)* iungere *(b)* inserere hanc aequationem priori: $\mathrm{0 = qry - 2qvy + 2y^2q - 2y^2r}$. vel sic potius: $\mathrm{\underbrace{qry - yyr}_{xxq} - 2qvy + 2y^2q - yyr = 0}$. Erit $\mathrm{xxq + 2y^2q = 2qvy - yyr}$. *(2)* seu *L* 14 in *(1)* triangulum AMP. *(2)* figuram rectilineam *L*

6 productae AH: Dies weicht vom üblichen Gebrauch ab; mit producta bezeichnet Leibniz gemeinhin die ganze Subtangente MH.

Cuius ut constitutio intelligatur, posita AM minima seu $y = 0$. erit $PM = \frac{r}{2}$. seu lateri recto dimidio, quae ad A applicata esto AI.

Similiter in L. ellipsis centro erit $y = \frac{q}{2}$. Ergo $PM = \frac{qr - 2yr}{2q}$. erit $\frac{qr}{2q} - \frac{2qr}{4q}$ sive $\frac{r}{2} - \frac{r}{2} = 0$.

Ergo figura omnium PM erit triangulum LAI. cuius basis dimidium latus rectum ellipsis, altitudo dimidium latus transversum.

Ponamus iam datum esse locum omnium PM. quemadmodum datus est locus omnium AM (qui ipso PM applicatus semper triangulum exhibet), quaeri autem locum omnium CM. seu ipsam figurae $MCEA$ naturam.

Ergo ut ante posita $CP = s$. $PA = v$. et $PM = v - y$. erit

$$PM^2 = v^2 + y^2 - 2vy \ \text{ vel } \ \frac{r^2}{4} + \frac{y^2r^2}{q^2} - \frac{\cancel{2}yr^2}{\cancel{2}q}.$$

quoniam scilicet altera ex his, nempe vel PM, vel PA seu v. vel y seu AM. elidi potest.

Huic PM^2 addatur $CM^2 = x^2$, fiet $s^2 = \frac{r^2}{4} + \frac{y^2r^2}{q^2} - \frac{yr^2}{q} + x^2$.

Sed quoniam x quaeritur, ut methodus duplicum radicum aequalium commodius adhiberi queat, de integro ordiendum, quaerendamque ellipsis tangentem arbitror, non y, sed x assumto, atque y eliminato.

Nimirum $s^2 = x^2 + v^2 - 2vy + y^2$. Iam quia $xxq = ryq - ryy$. porro ex aequatione priore sequitur esse $y = v - \sqrt{s^2 - x^2}$, haec ergo ipsius y definitio in locum eius in secunda aequatione substituatur:

2 f. AI. *(1)* et *(a)* triangulum *(b)* figura, omnes MP. comprehendens erit trapezium MPAI. portio trianguli LAI. cuius vertex L. in ellipsis centro, *(aa)* quoniam L. *(bb)* quoniam tunc y $= \frac{q}{2}$. ergo $\frac{qr - 2yr}{2q} = \frac{r}{2} - \frac{\frac{\cancel{2}\cancel{q}r}{\cancel{2}}}{2\cancel{q}} = \frac{r}{2}$. *(2)* Similiter *L* 15 queat, *(1)* ab initio statim, *(2)* de *L*

fiet: $xxq = rqv - rq\sqrt{s^2 - x^2}, -rv^2 - rs^2 + rx^2 + 2rv\sqrt{s^2 - x^2}$. vel

$$\begin{array}{llllllll} x^2q = & rqv & -\sqrt{s^2r^2q^2 - r^2q^2x^2} & -\ rv^2 & +\ \ rx^2 & [-rs^2] & + & \sqrt{4r^2v^2s^2 - 4r^2v^2x^2}. \\ 2x^2q = & 0 & +rqx & -\ \ 0 & +\ 2rx^2 & [-\,0] & & -2rvx. \end{array}$$

Unde fieret: $2x^2q = rqx + 2rx^2 - 2rvx$. vel $2x^2q + 2rvx = rqx + 2rx^2$. vel:

$$\cancel{2}\cancel{r}v\cancel{x} = \frac{rqx + 2rx^2 - 2x^2q}{2rx}. \text{ sive } = \frac{\cancel{r}q}{2} + \cancel{2}x - \frac{xq}{r} = v.$$

Unde sequitur: $\frac{q}{2} + x - \frac{xq}{r} = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q}$. seu $x - \frac{xq}{r} = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q} - \frac{q}{2}$. et $x = \dfrac{\frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q} - \frac{q}{2}}{1 - \frac{q}{r}}$. Quod cum sit absurdum, errorem in calculo esse necesse est. Credo in eo quod surdos per exponentes ipsius x multiplicavi.

Possumus autem eliminare surditates, si ponamus $\underset{\odot}{\sqrt{s^2r^2q^2 - r^2q^2x^2}}$ cum $\underset{☽}{\sqrt{4r^2v^2s^2 - 4r^2v^2x^2}}$ ab una aequationis parte, caetera ab altera, et utrumque quadremus, reliquum appellemus ☿ fiet $\odot + ☽ - 2\sqrt{\odot\, ☽} = ☿$. Unde duae surditates reductae ad unam quae denique eliminatur, nam $0 - 2\sqrt{\odot\, ☽} = ☿ - \odot - ☽$ ideoque $[4\odot\, ☽] = \underbrace{☿ - \odot - ☽}\ \Box$. Sed haec prolixiora, quam ut iis insistere opus sit, brevius cum ostensum sit $PM = \frac{r}{2} - \frac{yr}{q}$. substituendo x pro y. Quod ut fiat consideranda aequatio: $x^2 = ry - \frac{r}{q}yy$.

Ergo $0 - x^2 = \frac{r}{q}y^2 - ry$. Pone $\frac{r}{q} = \frac{1}{4}$. erit $r^2\cancel{+0} - x^2 = \frac{r}{q}y^2 - ry + r^2$.

Ergo $\sqrt{r^2 - x^2} = 2\frac{r}{q}y - r$. Ergo in eo casu: $\dfrac{\sqrt{r^2 - x^2}, +r}{2\frac{r}{q}} = y$.

2 $-\mathrm{rs}^2$ *erg. Hrsg.* 3 -0 *erg. Hrsg.* 12 $2\sqrt{\odot\, ☽}$ *L ändert Hrsg.*

1 fiet: die folgende Rechnung ist fehlerhaft und führt schließlich auf die von Leibniz bemerkte Unstimmigkeit.

Imo idem fieri potest in omni ellipsi, nam si data sit aequatio: $0-x^2=\frac{r}{q}y^2-ry$, addendo utrobique $\frac{q}{2r}r^2=\frac{qr}{2}$; fiet

$$\sqrt{\frac{qr}{2}-x^2} = \overset{(\sqrt{\frac{r}{q}}\,y)}{\sqrt{\frac{ry^2}{q}}} - \sqrt{\frac{qr^{\cancel{2}}}{2\cancel{r}}}.$$ Nam haec in se ducta dant: $\frac{r}{q}y^2-ry+\frac{qr}{2}$. Ergo $\sqrt{\frac{qr}{2}-x^2}+\sqrt{\frac{qr}{2}}=\sqrt{\frac{ry^2}{q}}$. Ergo $\dfrac{\sqrt{\frac{qr}{2}-x^2}+\sqrt{\frac{qr}{2}}}{\sqrt{\frac{r}{q}}}=y$. sive

$$\sqrt{\frac{q^2}{2}-\frac{x^2q}{r}}+\underset{\overset{\bigwedge}{\frac{q}{\sqrt{2}}}}{\sqrt{\frac{q^2}{2}}}=y.$$

Ponamus nos figuram seu locum applicatarum, quaerere ex dato loco reductarum, idque in ellipseos exemplo tentemus.

Primum posito $MA=y$. et $CM=x$. et $PC=s$. et $AP=v$. et $PM=v-y$. erit $PM^2=v^2+y^2-2vy$. et $CM^2=x^2$. Ergo $s^2=v^2+y^2-2vy+x^2$. Cum autem

---

8–590,3 *Daneben am Rande:*

$$y^2=ax.\quad \frac{y^2}{a}=x.\quad \text{sive}\quad \frac{y^4}{a^2}=x^2.\quad \text{Ergo}\quad \frac{\frac{y^4}{a^2}}{y}=\frac{y^3}{a^2}.$$

588,17–589,1 y. *(1)* Memorabile hoc videtur, esse quoddam ellipseos genus, praeter circulum, in qua tam *(a)* applicata ad abscissam *(b)* applicata, quam abscissa pura relatione explicari potest, scilicet, quando latus transversum recti quadruplum est. Idem in aliis figuris *(aa)* explicari *(bb)* tentari potest. *(2)* Imo *L*

---

1 f. addendo utrobique: anstelle von $\frac{qr}{2}$ müsste es $\frac{qr}{4}$ heißen. — Leibniz rechnet mit dem Versehen konsequent weiter.

quaeramus relationem x ad y. ponatur x esse ξy. fiet:

$$s^2 \quad = \quad v^2 \quad + \quad y^2 \quad - \quad 2vy \quad + \quad \xi^2 y^2.$$

In qua aequatione cum sint duae radices aequales fiet:

$$0 \quad = \quad 0 \quad + \quad 2y^2 \quad - \quad 2vy \quad + \quad 2\xi^2 y^2.$$

Ergo $2y^2 + 2\xi^2 y^2 = 2vy$. atque ideo $v = y + \xi^2 y = v$. Ergo PM seu $v - y = \xi^2 y$. Atqui idem $PM = \frac{r}{2} - \frac{yr}{q}$. Ergo $\xi^2 y = \frac{r}{2} - \frac{yr}{q}$. Ergo $\xi^2 y^2$ vel $x^2 = \frac{ry}{2} - \frac{y^2 r}{q}$.

Deberet esse: $ry - \frac{y^2 r}{q}$. error ergo, non calculi, sed methodi, quia scilicet in isto $\xi^2 y^2$ non potest sciri quot unitatum sit exponens ipsius y. quia in ipso ξ^2 latet quoddam y.

Ergo nos ad Cartesii methodum duarum radicum aequalium, potius quam Huddenianam, recurrere debere arbitror.

Nimirum $\quad s^2 - v^2 - y^2 + 2vy - \xi^2 y^2 = 0$. et $y^2 + e^2 - 2ye$, etiam 0.

ergo: $\quad s^2 - v^2 - y^2 + 2vy - \xi^2 y^2 = y^2 + e^2 - 2\cancel{ye}y^2$.

Ergo $\quad s^2 - v^2 - \cancel{y^2} + 2vy - \xi^2 y^2 = \cancel{y^2} + e^2 - \cancel{2y^2}$.

Ergo $\quad s^2 - v^2 + 2vy - \xi^2 y^2 = y^2$.

$$\xi^2 y^2 + y^2 + v^2 - 2vy$$

Ergo $\quad \xi^2 y^2 + \cancel{y^2} + \cancel{v^2} - \cancel{2vy} - \cancel{v^2} + \cancel{2vy} - \xi^2 y^2 = \cancel{y^2}$.

Verissima quidem, sed quibus nihil explicari patet. Tollatur ergo iam v ex aequatione, quoniam eius comparatio cum y cognita est.

Est autem $v = \frac{r}{2} + y - \frac{yr}{q}$. Ergo erit $v^2 = \frac{r^2}{4} + ry - \frac{yr^2}{q} + y^2 - \frac{2y^2 r}{q} + \frac{y^2 r^2}{q^2}$. et $2vy = ry + 2y^2 - \frac{2y^2 r}{q}$. fiet:

$$s^2 - \frac{r^2}{4} - \cancel{ry} + \frac{yr^2}{q} - \cancel{y^2} + \frac{2y^2 r}{q} - \frac{y^2 r^2}{q^2} + \cancel{ry} + \cancel{2y^2} - \frac{2y^2 r}{q} - \xi^2 y^2 = \cancel{y^2}\ 0.$$

Sed nihil ex hac quoque aequatione duci potest, quoniam si s^2 explicandum sit, omnia tolluntur.

5 = v. *(1)* At iam aliunde constat esse *(2)* Ergo *L*

Videamus an reverti liceat ad methodum Huddenianam sed aliam.

Aequatio ista: $s^2 - v^2 - y^2 + 2vy - \overset{\xi^2 y^2}{\overset{\vee}{x^2}} = 0$. duas habet radices aequales, multiplicetur per progressionem arithmeticam, ubi prius recte fuerit ordinata. Sed malum in eo est, quod recte ordinari non potest, cum exponens verus ipsius y in termino $\xi^2 y^2$, non sit notus quia y ipsi ξ implicatum est.

[*Zusatz 1*]



[*Fig. 2*]



[*Fig. 3*]

Differentia inter applicatam circuli et hyperbolae:

$$\sqrt{2ax + x^2} - \sqrt{2ax - x^2} \sqcap z.$$

fiet: $\boxed{2ax} + \underset{\odot}{2}x^2 \sqcap z^2 + 2z\sqrt{2ax - x^2}\,\boxed{+2ax}\;\boxed{-x^2}$.

Ergo $4z^2 \frown 2ax - x^2 \sqcap 4x^4 \boxed{-4z^2x^2} + z^4 \sqcap 8z^2ax \boxed{-4z^2x^2}$.

Aliter $\sqrt{a^2 + y^2} - \sqrt{a^2 - y^2} \sqcap v$, unde $\sqrt{a^2 + y^2} \sqcap v + \sqrt{a^2 - y^2}$, sive $\boxed{a^2} + y^2 \sqcap v^2 + 2v\sqrt{a^2 - y^2}\boxed{+a^2} - y^2$, sive $2y^2 - v^2 \sqcap 2v\sqrt{a^2 - y^2}$, et quadrando $4y^4 \boxed{-4y^2v^2} + v^4 \sqcap 4v^2a^2 \boxed{-4v^2y^2}$. Ergo $\cancel{2}y^2 \sqcap \dfrac{v}{2}\sqrt{[4a^2] - v^2}$. $\dfrac{4y^4}{v^2} \sqcap 4a^2 - v^2 \sqcap 2a - v \frown 2a + v$.

Patet ante omnia figurae differentiarum quadratorum summam; pendere a momento segmenti ex centro.

1+3 methodum *(1)* Hugenianam *(2)* Huddenianam | sed aliam *erg.* |. Aequatio *L* 4 ordinata. | Sed hic rursus subesse. *streicht Hrsg.* | Sed *L* 15 a^2 *L ändert Hrsg.* 16 differentiarum *(1)* dari momentu *(2)* quadratorum *L*

$$y \sqcap \sqrt{\frac{v}{2}\sqrt{[4a^2]-v^2}}.$$

Iam v ista investigabimus:

$$v^4 - 4v^2a^2 + a^4 \sqcap a^4 - 4y^4.$$

Unde $a^2 - v^2, \frown a^2 - v^2 \sqcap a^2 - 2y^2 \frown a^2 + 2y^2$, sive $a + v, \square, \frown a - v\square \sqcap a + y\sqrt{2} \frown a - y\sqrt{2}, \frown a^2 + 2y^2$;

$\mp v^2 \pm a^2 \sqcap \sqrt{a^4 - 4y^4}$, et $v \sqcap \sqrt{\mp\sqrt{a^4 - 4y^4} + a^2}$.

$4y^4 \sqcap 4v^2a^2 - v^4$, unde $16y^3l \sqcap 8v^2a^2 - [4v^4]$. Ergo $l \sqcap \dfrac{8v^2a^2 - [4v^4]}{16y^3}$.

$\dfrac{l \mp y}{z} \sqcap \dfrac{l}{v}$. Ergo $z \sqcap \dfrac{lv \mp yv}{l}$.



[*Fig. 4*]

Ope differentiarum inter duas figuras commensurabiles, novae habentur quadraturae, v. g. $\dfrac{2ay^2}{y^2 + a^2} \sqcap x$. Ergo $y^2x + a^2x \sqcap 2ay^2$. $y^2 \frown x - 2a, +a^2x \sqcap 0$, pone $x - 2a \sqcap z$, fiet $y^2z + a^2z + 2a^3 \sqcap 0$.

Differentia inter $y \sqcap \sqrt{\dfrac{a^2x}{2a - x}}$. et inter $\sqrt{2ax - x^2}$[:]

$$\sqrt{2ax - x^2} \sqcap \sqrt{\frac{a^2x}{2a - x}} + z.$$

1 a^2 *L ändert Hrsg.* 7 v^4 *L ändert Hrsg. zweimal* 12 f. $\sqcap$ 0. | In parabola: $y^2z - a^2z + 2a^3 \sqcap 0$. *streicht Hrsg.* | Differentia *L*

4 Unde: Auf der linken Seite der Gleichung vernachlässigt Leibniz den Term $-2v^2a^2$ und löst nun diese vereinfachte Gleichung auf. 9 [*Fig. 4*]: Die grob gezeichnete Merkfigur entspricht nicht den Gegebenheiten des Textes. — Für eine graphisch korrekte Darstellung vgl. *LSB* III, 1 S. 156.

Unde $2ax - x^2 \sqcap \dfrac{a^2x}{2a-x} + 2z\sqrt{\dfrac{a^2x}{2a-x}} + z^2$. sive $2ax - x^2 - \dfrac{a^2x}{2a-x} - z^2 \sqcap 2z\sqrt{\dfrac{a^2x}{2a-x}}$. Sed nihil inde.

[*Zusatz 2*]

$\sqrt{aa+yy} - \sqrt{aa-yy}$ *aequ.* z. Ergo $2aa + \sqrt{a^4-y^4}$ *aequ.* zz. Seu $\sqrt{a^4-y^4}$ *aequ.* $zz-aa$. Seu $\sqrt{aa+yy}.\ \sqrt{a+y}.\ \sqrt{a-y}$ *aequ.* $\overline{z+a}.\ \overline{z-a}$.

Momentum figurae ex axe coniugata datur ex data $\int \overline{\sqrt{a^4-y^4}\ \overline{dy}}$. Sit $\boxed{a^4} - y^4$ *aequ.* $z^4 \boxed{+a^4} - 2zzaa$. et fit: $2zzaa$ *aequ.* $z^4 + y^4$. seu yy *aequ.* $z\sqrt{2aa-zz}$. Et y *aequ.* $\sqrt[2]{z}\sqrt[4]{2aa-zz}$.

$\sqrt{bb+cyy} + \sqrt{dd+eyy}$ *aequ.* z. fiet: $bb+cyy$ *aequ.* $zz+dd+eyy-2z\sqrt{dd+eyy}$. Ergo $b^4 + 2bbcy^2 + ccy^4 + z^4 + 2zzdd + 2zzeyy + d^4 + 2ddeyy + eey^4 - 2bbzz - 2bbdd - 2bbey^2 - 2cy^2zz - 2cy^2dd - 2cey^4 - 4zzdd - 4zzeyy$ *aequ.* 0.

Tollamus $zzeyy$, faciendo $+2e - 2c - 4e$ *aequ.* 0. seu c *aequ.* $-e$. ita tollamus alia quam volumus.

5 f. $\overline{\mathrm{z-a}}$. *(1)* z + a aequ. $\sqrt{\dfrac{\mathrm{a^4-y^4}}{\mathrm{z-a}}}$. Ergo momentum ipsius | *(a)* ordi *(b)* abscissae *erg.* | z + a. ex z − a. *(2)* Momentum *L*

4–8 Leibniz beginnt mit dem Ansatz von S. 591 Z. 13. Aufgrund von Flüchtigkeiten und Vereinfachungen ist das Ergebnis mit der Ausgangsgleichung nicht kompatibel.

36. FINES GEOMETRIAE
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 II 1 Bl. 256. 1 Bl. 2°. 1 1/4 S. auf Bl. 256 r° und v°. Auf dem übrigen Teil des Blattes *LBS* VII, 1 N. 115.
Cc 2, Nr. 552

Datierungsgründe: Leibniz spricht in diesem Stück von seiner methodus transmutandarum figurarum, eine Anspielung auf den im 1. Halbjahr 1673 gefundenen Transmutationssatz (vgl. *LSB* III, 1 S. 115 f.). Das Wasserzeichen des Papiers ist bis August 1673 bezeugt.

Fines geometriae, seu classes problematum (omne enim theorema propter problema est) describere figuras; metiri figurarum datarum quantitates, invenire figuras quantitatis desideratae.

Horum porro omnium rursus tres sunt gradus, est enim geometria vel Euclidea, vel Apolloniana (quam Vieta et Cartesius resuscitavere), vel Archimedea, cui Guldinus, Cavalerius, aliique incubuere.

Euclidea ducit, metiturque rectilineas, invenitque figuras quantitatis desideratae rectilineas, quoties ratio quaesitarum ad datas haberi potest, seu quoties problema est planum, ductuque rectarum et circuli solvi potest.

Sed quoniam interdum rectilinea quantitatis desideratae inveniri non possunt nisi aliis quibusdam curvis, seu locis, quos vocant descriptis, eam provinciam Apollonius praeclare exornavit, et Vieta, Cartesius, Slusiusque amplificavere.

Caeterum ad geometriam Apollonianam dimensione figurarum curvarum, opus non est, sed sufficit eas describi posse, et tangentes earum inveniri quare saepe miratus sum a doctissimis viris, sed qui scilicet hoc unum agitavere geometriam Apollonianam pro absoluta ac perfecta venditari.

Commune istud est eorum peccatum, qui in Cartesii verba iuravere: ita enim ille saepe loquitur splendidius sane quam verius; methodo sua geometriam ad perfectionem perductam esse, quanta ab homine optari possit; nullum esse problema, cuius non aut

10 est) *(1)* invenire, scilicet puncta; describere scilicet locos, seu seriem punctorum infinitam; ac denique comparare, seu metiri figuras, constituereque *(2)* velut subiectum contemplationis, invenire loca, invenire quantitates desideratas, *(3)* describere *L* 27 problema, *(1)* quod eius ope aut solvi non queat *(2)* cuius *L*

solutionem aut solvendi impossibilitatem monstret. Certas sibi rationes esse praescribendi limites intellectui, definiendique quicquid aliquando inveniri possit.
Sed quantopere in eo negotio lapsus sit, vir caetera utique magnus, docuit eventus. Crediderat enim arte humana curvam rectae aequalem inveniri non posse quod in *Geometria* diserte satis expressit, forte quod ex ea quam sequebatur geometriae methodo, cui nihil addi posse putabat aditus et ad hanc speculationem nullus aperiretur. At Wrennus certe ac Heuratius ac novissime Hugenius praeclaris speciminibus, spem intellectui humano reddidere.
Constat Cartesium inveniendae dimensioni areae cycloeidis imparem, donec eius quantitas a Robervallio demonstrata, ei a Mersenno, (quanquam sine demonstratione) transmissa est.

Cuius rei ratio est (operae pretium enim est, intimas scrutari harum rerum causas, cum eas nemo satis persecutus sit), quia algebra quam hactenus habemus in surdarum calculo imperfecta est. Nam quis mortalium duas quasdam radices surdas

$$Rq\ a^2 + b^2. + Rq.\ a^2 + c^2.$$

in unam quandam, quanquam compositam seu binomiam redigere potest? At hoc plerumque in curvilineorum dimensione requiritur.

Alterum est quod per binomia vel residua dividi non potest quemadmodum per ea potest multiplicari, nam ex $a, \frown b + c.$ fieri possunt plures producti uninomii, $ab + ac.$ at si divisor sit binomius, ut

$$\frac{a}{b+c}$$

producti uninomii haberi non possunt nisi numero infiniti. Quorum summa iniri quidem potest, sed quae binomium datum nobis reddit.
Magni tamen usus hoc est ad approximationes quod Mercator in quadratura hyperbolae ostendit; ego in quadratura circuli exacta sed arithmetica, et sectione angulorum univer-

9 areae *erg. L* 20–22 binomius, *(1)* ex eo divisores *(2)* ut $\frac{\mathrm{a}}{\mathrm{b+c}}$ *(a)* divisores uninomii ex eo *(b)* producti *L* 23 f. reddit. *(1)* Cuius tamen maximus est usus ad approximationes *(2)* Magni *L* 25 exacta sed arithmetica *erg. L* 25–596,1 universali, *(1)* scilicet arithmetica per approximationes *(2)* non *L*

5 expressit: R. Descartes, *Geometria*, *DGS* I S. 39. 8 reddidere: s. Chr. Huygens, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 68–72 (*HO* XVIII S. 202–211). 10 f. transmissa: Mersenne – Descartes, Brief vom 28. April 1638, in: R. Descartes, *Lettres*, Bd 3, 1667; S. 380–384 (*DO* II S. 116–122; *MCW* VII S. 173–179). 25 ostendit: N. Mercator, *Logarithmotechnia*, 1668, S. 31–34.

sali, non exacta quidem, sed per approximationes, expeditissimas tamen idem, ingenti opinor fructu, exhibebo.

Tertium quod observavi malum est imperfectio arithmeticae serierum, et quae ab ea pendet arithmeticae infinitorum; quoties quadratura alicuius figurae reducta est ad infinitam seriem numerorum rationalium (rationalium inquam, surdi enim sunt intractabiles).

Quod primus omnium in hyperbola praestitit Vicecomes Bruncker, Societatis Regiae Anglicanae praeses, geometra insignis, in circulo autem hactenus, nemo, donec a me quoque eius rei ratio excogitaretur, qua circulum (et ellipsin) ad quanquam figuram hyperboloeidem reduxi, et ostendi serie quadam numerorum rationalium infinitorum exacte exhiberi posse circuli imo et segmenti cuiuslibet magnitudinem. Unde sequitur vera et exacta (id est non per approximationes), attamen arithmetica tantum quadratura, et quanquam per approximationes (sed expeditissimas), sectio angulorum universalis, et quotcunque mediarum proportionalium inventio, cubique, ac surdesolidi, altiorisque cuiuscunque potestatis duplicatio, triplicatiove etc.; et ut verbo dicam perfectio geometriae in usu communi versantis.

Sed haec aliquando fusius dicam, peculiari dissertatione de approximationibus, seu perfectione geometriae in usu versantis. Nunc admonuisse sufficit, hanc arithmeticae infinitorum imperfectionem, quod omnes series infinitas numerorum rationalium in summam colligere nequit, redundare in geometriam.

Neque hic algebra sufficit, nisi ei ars combinatoria succurrat.

Haec sunt quae faciunt, ut hactenus in potestate artificis non sit, datam figuram curvam metiri. Quare data quadam figura, cuius resolutio nos in surdas ducit, eousque transformanda est, donec eliminatis surdis ad infinitam seriem rationalium numerorum redigatur, qui primus est ad quadraturam gradus.

3 et *(1)* inprimis *(2)* quae *L* 9 (et ellipsin) *erg. L* 21 f. succurrat. *(1)* His ita positis, fit ut non sit in potestate artificis, invenire *(2)* Haec sunt quae faciunt, | fit *streicht Hrsg.* | ut *L* 23 metiri. *(1)* Necesse est enim fig *(2)* Quare *L* 24 eliminatis surdis *erg. L*

7 praestitit: W. Brouncker, *The squaring of the hyperbola*, in: *Philosophical Transactions* Bd III, Nr. 34 vom 23. April/3. Mai 1668, S. 645–649. 10 reduxi, et ostendi: vgl. N. 27 Teil 3.

Et regula est generalis a me inventa: omnis figura plana curvilinea, cuius solidum revolutione genitum, circa altitudinem basinve, quemadmodum et solidum cuiuslibet partis eius a vertice revolutionis abscissae, reduci potest ad cylindrum, quod in circulo, ellipsi, hyperbola, cycloeide, figura sinuum, aliisque multis fieri potest, reduci potest ad speciem quandam hyperboloeidis, seu infinitam seriem numerorum rationalium; quod est arithmeticam eius, (exactam tamen) quadraturam dare.

Atque haec quidem dimetiendarum figurarum methodus recta est, est et alia obliqua, et fortuna subnixa, cum figura mutatur in aliam figuram, donec tandem in quadrabilem incidamus. Hoc sane hactenus factum est casu, sed qui certam quandam methodum exhibuerit transmutandarum figurarum, quam nihil effugiat, nemo comparuit. Hanc ego ausim dicere a me detectam, fontesque apertos, geometriae Archimedeae quos qui persequatur, efficere possit, quod in geometria Apolloniana iactatur, solvere problema, aut ostendere insolubilitatem.

Mira res est, et summae facilitatis, ac ne contemplationi quidem intricatissimae curvarum obnoxia; eo usque ut ex simplici quodam diagrammate, in quo nihil nisi circulus et aliquot rectae sese intersecantes depictae erunt, deduxerim, triginta et ultra propositiones admirandas, quibus curvilinea plurima, partim quadrantur partim in alia curvilinea commutantur methodo tam facili, ut non nisi rectilinea per Euclidea *Elementa* tractari videantur.

Tota res nititur triangulo quodam orthogonio laterum infinite parvorum, quod a me appellari solet c h a r a c t e r i s t i c u m , cui alia communia, laterum assignabilium, similia, ex proprietate figurae constituantur. Ea porro triangula similia characteristico comparata, exhibent propositiones multas, pro tractabilitate figurae, quibus diversi generis curvae inter se comparantur. Pauca sunt, quae ex hoc t r i a n g u l o c h a r a c t e r i s t i c o non deducantur.

Ars autem combinatoria praestare potest ut nihil effugiat. Atque ita secure pronuntiari potest, etiam de problematum possibilitate quamdiu scilicet arithmetica surdorum, atque infinitorum, separata opera non perficiuntur.

1 a me inventa *erg. L* 20 triangulo *(1)* assignabili quodam, quod a inassi *(2)* quodam orthogonio *L* 27 potest, | non *gestr.* | etiam *L*

1 regula . . . a me inventa: vgl. dazu N. 17 S. 340 Z. 8 f. 16 triginta et ultra: s. vor allem N. 27. — Das charakteristische Dreieck hat Leibniz bei seinen Studien zu Pascals *Lettres de A. Dettonville*, 1659, gefunden; vgl. dazu N. 10.

37. DE PARABOLOEIDUM ET HYPERBOLOEIDUM QUADRATURA I
[Sommer 1673]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 II 1 Bl. 239. 1 Bl. 4°. 2 S.
Cc 2, Nr. 693

Datierungsgründe: Das vorliegende und die beiden folgenden Stücke stehen in engem inneren Zusammenhang; sie sind jeweils Vorstufen voneinander und sind offenbar nach N. 26 und N. 27 entstanden. Aufgrund des Wasserzeichens des Papiers müssen sie vor N. 40 von August 1673 liegen.



fig. 1.



fig. 2.

Sunto tria in axe producto puncta, unum (A) quo occurrit applicatae, alterum quo tangenti (B), tertium (C) quo perpendiculari, hinc lineae AB et AC, aio hanc regulam esse generalem[:]

Applicata semper est media proportionalis inter AB et AC.

Ergo si y sit applicata, et x sit abscissa, habeatque AB constantem semper rationem ad abscissam, ut in hyperboloeidibus et paraboloeidibus[,] ea ratio ponatur esse β. Ergo $\dfrac{y^2}{x\beta} = AC$.

11 proportionalis *(1)* |inter *nicht gestr.*| punctum *(2)* li *(3)* inter *L*

Quod si iam ex natura curvae $y^2 = ax$. erit $AC = \frac{ax}{\beta x} = \frac{a}{\beta}$. Et quia β est ratio exponentium potestatis x et y. $= 2$. erit $\frac{a}{\beta} = \frac{a}{2}$.

At quid si $y^3 = ax^2$. erit $y^2 = \frac{ax^2}{y}$. (vel $y = \frac{ax^2}{y^2}$. vel $1 = \frac{ax^2}{y^3}$.) ideoque $AC = \frac{ax^2}{\beta xy} = \frac{ax}{\beta y}$. Iam hoc loco $\beta = 3$. ideo $\frac{ax}{3y} = AC$. Ergo $AC^3 = \frac{a^3x^3}{9y^3}$. et pro y^3 substituendo ax^2 fiet $AC^3 = \frac{a^3x^3}{9ax^2} = \frac{a^2x}{9}$. Ergo $AC = \frac{\sqrt{a^2x}}{3}$. Hinc memorabile est, si aequatio curvae $ax^2 = y^3$. tunc determinationem ipsius AC, fore $\frac{\sqrt{a^2x}}{3}$.

Contra, si aequatio curvae $a^2x = y^3$, erit $y^2 = \frac{a^2x}{y}$. Ergo AC vel $\frac{y^2}{x\beta}$ erit $= \frac{a^2x}{\beta xy} = \frac{a^2}{\beta y}$.

(Ideoque [locus] omnium AC in curva ista, ad basin applicatarum, erit hyperbola. Eodemque modo in aliis orietur hyperboloeis, ubicunque x tollitur[;] cum contra, ubi x manet, alia quaedam paraboloeis sit locus omnium AC, ut in praecedenti, ubi $AC = \left[\frac{2\sqrt{_c\, a^2x}}{3}\right]$. seu applicata parabolae cubicae. Ergo [locus] omnium AC hic quadrari potest, at ubi est $\frac{a^2}{\beta y}$ pendet eorum summa ad basin ex quadratura hyperbolae[;] sed ad altitudinem, potest opinor etiam quadrari, quod apparebit, si auferemus y ut mox sequetur.)

Iam si $AC = \frac{a^2}{\beta y}$. Ergo $AC^3 = \frac{a^6}{\beta^{[3]}y^3}$. vel (quia $y^3 = a^2x$.) $\frac{a^6}{[\beta^3]a^2x} = \frac{a^4}{[\beta^3]x}$. Ergo hoc casu [locus] AC est genus quoddam hyperboloeidis altioris, si axi applicentur, ut est hyperbola communis, si applicentur basi.

9 summa *L ändert Hrsg.* 11 $\frac{\sqrt{a^2x}}{3}$ *L ändert Hrsg.* 12 summa *L ändert Hrsg.* 15 *fehlende Faktoren erg. Hrsg.* 16 casu | summa *erg., ändert Hrsg.* | AC *L* 17–600,1 basi. *(1)* Hinc *(2)* NB. *(3)* Omnium *L*

3–6 Hier begeht Leibniz verschiedene Flüchtigkeitsfehler; bei richtiger Rechnung müsste sich $AC = \frac{2\sqrt{_c\, a^2x}}{3}$ ergeben.

Omnium AC axi applicatarum solidum haberi potest ex vertice, modo summa haberi possit quadratorum AY seu applicatarum paraboloeidis nostrae ($a^2x = y^3$.) ad axem. Ratio est quia $AC \frown AB$ (vel $AC \frown AX\ \beta$) $= AY^2$. At summa horum quadratorum ita habebitur:

Datur momentum huius paraboloeidis ex vertice, datur et eius quadratura, ergo eius centrum gravitatis, ergo et momentum ex ipsa AX, seu quadrata omnium AY. sed momenta omnium [AC] ex X aliunde habentur, sunt enim summa omnium a^2.

Iam intelligantur omnia inversa, et fig. 2. relationem quaeri omnium curvae punctorum, non ad lineam AX, sed ad lineam AY.

Tunc BX tangens curvae in puncto X erit infinita, quia CX coincidit cum AX, et ideo BX parallela AB, ideoque infinita. Sed hoc non contingit in quolibet puncto X, sed tum demum cum AX est axis figurae. AY enim axis non est, etsi sit altitudo.

Porro ut investigemus AX, posito AY velut cognito, et [Y] puncto inimmutabili, cum sit $a^2x = y^3$. alia nunc instituenda aequatio est, in qua y ipsi a misceatur, x separatim inquiratur. Ergo $\dfrac{y^3}{a^2} = x$. Quod si sit $ax^2 = y^3$. fiet: $x^2 = \dfrac{y^3}{a}$. $x = \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$.
Hinc facilis quadratura figurae[,] tantum enim summa omnium cuborum ex Y (quae iniri potest, quia y crescit uniformiter) dividenda per a^2.
At in hyperbola aut hyperboloeide ita aequatio primum: $xy = a^2$. ergo nihil refert ad summam habendam sive dicas $x = \dfrac{a^2}{y}$, sive $y = \dfrac{a^2}{x}$.

Quod si aequatio sit: $x^2y = a^3$. fiet vel $y = \dfrac{a^3}{x^2}$ (quorum momentum est cylinder hyperbolicus $\dfrac{a^3}{x}$) vel $x = \dfrac{a^3}{yx} = \sqrt{\dfrac{a^3}{y}}$. et horum $\sqrt{\dfrac{a^3}{y}}$ momentum est $\sqrt{a^3y}$ quod est genus seriei paraboloeidis, in quo $x^4 = a^3y$. Et $\dfrac{x^4}{a^2} = ay$. Cumque quadrari hoc possit,

2 f. axem. *(1)* At hanc haberi posse puto *(2)* Ratio *L* 7 AY *L ändert Hrsg.* 13 Y *erg. Hrsg.* 22 seriei | paraboloeidis *darüber* parabolae | in quo *(1)* $x^2 = a^3y$. Et $x^2 = ay$. *(2)* x^4 *L*

22 in quo: in den beiden folgenden Ausdrücken stand zunächst x^2 (s. die Variante), Leibniz hat dann abgeändert und die neue Kurve weiter betrachtet.

habebitur et series omnium x^2, habita scilicet summa omnium x earumque momento aliquo. Series autem omnium x habetur ex serie omnium y, quae est $\dfrac{x^4}{a^3} = y$. quorum manifesta est quadratura. Cumque momentum etiam omnium y ex vertice, seu summa omnium yx manifeste detur, aequalis: $\dfrac{x^5}{a^3}$ ad basin, constat momentum etiam ex basi, et ideo centrum gravitatis, atque ideo momentum ex altitudine, atque ideo summam quadratorum applicatarum ad altitudinem, x^2, dari.

Hinc praeclaram duco demonstrationem: quadraturam hyperboloeidis $x^2y = a^3$. ex quadratura hyperbolae dari. Idemque de omnibus hyperboloeidibus in infinitum demonstrari posse arbitror.

Suppono quadraturam omnium dari praeter primae seu Apollonianae. Esto fig. 2. hyperboloeis 2^{da} $a^3 = x^2y$, eius momentum ex vertice Y est cylinder hyp. $\dfrac{a^3}{x}$. Quadrata omnium $y = AX$ sunt $\dfrac{a^6}{x^4}$. quae quadrabilia, quia cylinder hyperboloeidis $\dfrac{a^5}{x^4}$ quadrabilis. Momenta omnium (x) XH ex vertice D $\sqrt{a^3y} = xy$. ergo $= \sqrt{ay}, \frown\, a$. seu cylindro parabolae. Restant quadrata omnium (x) XH, seu momentum ex DF est $\dfrac{a^3}{y}$ seu cylinder hyperbolae. Ergo cum momentum ex vertice $Y+$ mom. ex basi DF componant cylindrum hyperboloeidis quadrabilem, ergo duo cylindri hyperbolici eiusdem altitudinis, tantum quod una hyperbola est $\dfrac{a^2}{YF}$, altera $\dfrac{a^2}{DF}$ componunt cylindrum hyperboloeidis quadrabilem. Possunt autem duae hyperbolae ad se invicem reduci, et ita invenietur quadratura, dum scilicet hyperbolae concavae duae, similes, complent cylindrum. Ergo differentia earum habetur a convexa. Hinc quadratura.

Nota quia AB ad basin aequantur ipsis AY ad altitudinem, ideo in fig. 2. ubi paraboloeidis inverso quodam modo assumitur, nec ad axem sed basin applicatae ducuntur

4 ad basin *erg. L* 5 ex | axe *darüber* altitudine |, atque *L* 9–21 arbitror. *(1)* Sed demonstratio omnium pulcherrima et generalissima haec est, qua demonstro summam omnium AB. aequari figurae. Hinc quadraturam habemus omnium paraboloeidum, in quibus summa omnium AB. semper $\bigtriangledown^{\text{lum}}$ est. Hinc summam habemus aliarum figurarum infinitarum, quae paraboloeides non sunt, in quibus AB. parabolam aliamve figuram quadrabilem conficiunt. NB. omnes AB. in figura 2^{da} constituunt spatium asymptotum. Huius ergo quadratura hoc modo habetur sane admirabilis. *(2)* | Suppono ... quadratura. *erg.* | Nota *L*

novum quoddam genus figurarum, et quidem asymptotarum, quadrabilium orietur[,] nam in fig. 2. ultima AB est infinita, quia et ultima XB infinita est.

Porro habebimus AB. si scilicet AX^2 dividatur per AC. erit $AB = \dfrac{AX^2}{AC}$.

Vel aliter[:] Si axem figurae inquiremus qui ponatur esse DFE (fig. 2.), quo casu AX non est axis, nec XB infinita, ductaque perpendiculari XCE, et tangente XG. patet angulum XBA esse = angulo AXC, triangulaque XAC et BAX similia, ergo $\dfrac{AB}{AX} = \dfrac{AX}{AC} = \dfrac{XB}{CX}$.

Ergo $AB \frown AC = AX^2$. Ergo $AB = \dfrac{AX^2}{AC}$.

Sed eadem AB conemur ut opinor simplicius sic determinare: Angulus CEF = angulo ABX. Triangulaque BAX et EHX similia sunt ergo. Ergo $\dfrac{AB}{AX} = \dfrac{EH}{HX}$. Ergo $AB = \dfrac{EH \frown AX}{HX}$.

Eodem modo fig. 2. habetur summa omnium XB ad basin, si summa omnium AX ad arcum. Qualis habetur si AX est axis parabolae, sed non si applicata axi. Summa omnium XB applicata ad FD = omnibus AB ad arcum.

NB. si aequatio hyperboloeidis sit $y^3x = a^4$. fiet vel: $x = \dfrac{a^4}{y^3}$. (quorum momentum in distantias a vertice Y ductorum est cylinder hyperbolae, cuius aequatio: $\dfrac{a^3}{y^2}$, hoc ergo momentum pendet a quadratura hyperboloeidis praecedentis) vel $y = \dfrac{\sqrt{_c\ a^4}}{x}$. quae ducta in x vel $\sqrt{_c}\ x^3$ dabunt: $yx = \sqrt{_c}\ a^4x^2$. Summa autem seriei cuius termini sunt

$$\sqrt{_c}\ a^4x^2, \text{ vel } [\sqrt{_c}\ a^4\beta^2,\ \sqrt{_c}\ a^4 4\beta^2] \text{ etc.}$$

iniri potest, sunt enim applicatae paraboloeidis cuiusdam ad axem. Ergo et cubi applicatarum istarum.

2 f. est. *(1)* Posita autem XB. finita, eam sic investigabimus *(2)* Porro *L* 3 f. $\dfrac{\mathrm{AX}^2}{\mathrm{AC}}$. *(1)* Sed quia AC. et AB. nunc aeque ignotae, rectius *(2)* Vel *L* 7 f. $\dfrac{\mathrm{AX}^2}{\mathrm{AC}}$. *(1)* | Cumque summa omnium AX^2 id est quadratorum applicatarum $\bigtriangledown^{\mathrm{li}}$ ad basin, detur. *nicht gestr.* | Caeterum omnes AC. sunt *(a)* etiam applicatae parabolae *(aa)* et i *(bb)* si *(b)* radices differentiarum inter duarum parabolarum applicatas. *(2)* Sed *L* 11 basin, *(1)* aequalis summae *(2)* si *L* 15 in ... ductorum *erg. L* 18 $\sqrt{_\mathrm{c}}\ \mathrm{a}^4\beta,\ \sqrt{\mathrm{a}^4 2\beta}$ *L ändert Hrsg.* 19 potest, *(1)* | ergo et *nicht gestr.* | *(a)* qua *(b)* sum *(2)* sunt *L*

Nimirum generali regula ostendendum est, quadratorum, cuborum, etc. summam cuiuslibet applicatae parabolae iniri posse.
Sed id impraesentiarum facile fieri potest si quaeratur $\sqrt{_c\ ax^2} = \dfrac{yx}{a}$. Ergo momentum istud hyperbolae quadrato-quadraticae est cylinder parabolae cubicae.

2 applicatae *(1)* hyperbolae *(2)* parabolae *(3)* parabolae *L* 4 hyperbolae quadrato-quadraticae *erg. L* 4 cylinder *(1)* | parabolae *nicht gestr.* | quadrato cubicae *(2)* parabolae *L*

4 parabolae cubicae: in neuerer Terminologie: semicubicae.

38. DE PARABOLOEIDUM ET HYPERBOLOEIDUM QUADRATURA II [Sommer 1673]

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept: LH 35 II 1 Bl. 135–136. 1 Bog. 2°. 4 S. Bl. 135 insgesamt gestrichen.
Cc 2, Nr. 638

Datierungsgründe: s. N. 37.

[*Teil 1, gestrichen*]

Multa nuper a me demonstrata sunt, exigua licet neglectaque in schedula de quadratura paraboloeidum ac hyperboloeidum.

Ac primum quod ad paraboloeidum quadraturam pertinet methodum reperi generalem, qua non tantum paraboloeides quadraticae aut cubicae, simplices, quarum quadratura tantum vulgo extat, sed et compositae quadrantur, repetam breviter:

Quaeritur quadratura paraboloeidis simplicis, cuius haec est aequatio[:] $a^2x = y^3$. vel $\sqrt{_c\, a^2x} = y$. Hanc aequationem in aliam commutemus, qua surditas evitetur[;] ex $a^2x = y^3$, fiet $x = \dfrac{y^3}{a^2}$. Summa ergo omnium x, applicatarum axi parallelarum haberi potest, quia haberi potest summa omnium $\dfrac{y^3}{a^2}$, quia y^3 crescunt uniformiter, est ergo summa summarum, pyramidalium, seu summa triangulo-triangularis, divisa per a^2, quia a immutabile est.

At si aequatio paraboloeidis non simplicis, sed compositae sit v. g. $ax^2 = y^3$, nam quoties nimirum non immutabilis parameter, sed mutabilis applicata potestate affecta est, paraboloeidem compositam appello. Aequatio haec erit $x = \dfrac{y^3}{ax}$. vel $x^2 = \dfrac{y^3}{a}$. unde statim hanc consequentiam duco quadrata omnium x summari posse. Quadrata autem applicatarum aequantur momento ex altitudine, quae hoc loco est basis, sunt enim x basi parallelae axi applicatae, at y axi parallelae, basi velut altitudini applicatae. Habemus ergo momentum paraboloeidis compositae ex basi.

---

8 Multa: s. N. 37.

Altera aequatio est: $y = \sqrt{{}_c\ ax^2}$. Ergo $y^3 = ax^2$. At summa omnium ax^2 haberi potest, ergo et summa omnium y^3. Sed nos opus habemus summa omnium y^2. Est autem $y^2 = \dfrac{ax^2}{y}$. sed $y = \sqrt{{}_c\ ax^2}$. Ergo $y^2 = \dfrac{ax^2}{\sqrt{{}_c\ ax^2}}$. Ut auferri possit surditas, erit $y^2y^2y^2 = \dfrac{a^3x^2x^2x^2}{ax^2}$, vel $y^6 = \dfrac{a^3x^6}{ax^2} = \dfrac{a^2x^4}{1}$. Ergo $y^3 = ax^2$. nullo hactenus fructu.
Ergo quaerendum si y ducamus in distantiam a vertice x. fiet $yx = \sqrt{{}_c\ ax^5}$. Unde patet quadraturam huius paraboloeidis solidi (nota[:] paraboloeidi solida non sunt hactenus considerata) pendere a quadratura huius paraboloeidis plani: $y = \sqrt{{}_c\ ax^2}$.

Diximus supra $x = \dfrac{y^3}{ax}$. Ergo $x = \dfrac{y^3}{\dfrac{ay^3}{ax}}$. Ergo $x = x$. inepte.

An aliter pro y^3 substituendo ax^2, fiet $x = \dfrac{ax^2}{ax} = x$. iterum inepte.

Habemus $x^2 = \dfrac{y^3}{a}$. Ergo $x = \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$.

Sed cum haec frustra tentari videantur nova methodus ineunda est:
Cum sit $x = \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$. erit $x = \dfrac{y}{\sqrt{a}}$. Id est summa indivisibilium omnium y, dividenda est per radicem quadratam summae indivisibilium ipsius a. Quod ita facile opinor nunc assequemur novo licet isto surditatis genere ablegato. Si data nobis aequatione: $x = \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$. pro summa omnium $\sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$ substituamus $\sqrt{\dfrac{a^4\beta}{a}}$. fiet $x = \sqrt{\dfrac{a^4\beta}{a}}$. vel $x = \sqrt{a^2\beta}$. Ergo $x = a \frown \sqrt{\beta}$.

2 y^3. *(1)* Ergo et momentum paraboloeidis ex *(a)* altitudine *(b)* axi. Quare habetur eius centrum gravitatis, et cum detur momentum eius, habebitur et quadratura, quae area enim est momentum distantia centri gravitatis ab axe divisum. Restat no *(2)* Sed *L*

12–16 Zunächst hatte Leibniz überall $\sqrt{{}_c}$ bzw. radicem cubicam stehen; er hat dann aber ohne sonstige Änderung die Kubikwurzel durch die Quadratwurzel ersetzt. Dasselbe geschieht, wenn auch nicht an allen Stellen S. 606 Z. 26 – S. 607 Z. 2 und S. 608 Z. 10–13.

At $\sqrt{\beta}$. facile haberi potest, quia β haberi potest, est enim certus quidam numerus, ratio scilicet omnium y^3, ad omnia a^3, seu ad a^4. quae aliunde dudum nota est.

Ecce ergo repertam rationem generalem quadrandi omnes paraboloeides simplices et compositas.

Addo quod intactum, omnium dimensionum, id est planas, solidas, quadrato-quadraticas; etsi enim illae sint imaginariae, tamen repraesentationes earum utiles sunt, aliisque figuris exprimi possunt. Ita $\sqrt{_c}\ ax^5 = y^2$. vel $ax^5 = y^6$. aequatio est exprimens naturam cuiusdam figurae solidae, cuius planum applicatum in se cubice ductum, aequatur surdesolido distantiae a vertice, in quandam parametrum constantem ducto.

Unde illud quoque apparet omnium paraboloeidum applicatorum quadrata, cubos, etc. momenta, aliaque id genus innumera haberi posse. Neque in hanc rem expectari posse perfectius quicquam.

Porro ista quoque paraboloeidi solida aut supersolida, ad nova ut dixi planarum paraboloeidum genera exhibenda, utilia sunt, v. g. si sit $\dfrac{\sqrt{_c}\ ax^5}{a} = (y)$. Eius utique paraboloeidis area hoc modo haberi potest. Sed videndum an ea aliter exprimi possit: $\sqrt{_c}\ ax^5 = (y)a$. Ergo $ax^5 = (y)^3a^3$. Ergo $x^5 = (y)^3a^2$. Quare huius quidem generis aequationes paraboloeidum planarum irregulares non nisi frustra inducerentur. Solidae autem hac methodo ad suas planas reducuntur, a quibus pendent. V. g. data est aequatio $\sqrt{_c}\ ax^5 = y^2$. et summa quaeritur omnium y^2. Eam ita habebimus si substituamus: $\dfrac{\sqrt{_c}\ ax^5}{a} = \dfrac{y^2}{a}$. Iam si pro $\dfrac{y^2}{a}$ substituatur (y) (quod consulto includo parenthesi ne duo y inter se confundantur), fiet $\dfrac{\sqrt{_c}\ ax^5}{a} = (y)$. Ergo dicto modo: $x^5 = (y^3)a^2$, vel potius $\dfrac{x^5}{a^2} = (y^3)$. vel $\sqrt{_c}\ \dfrac{x^5}{a^2} = (y)$. Ita summa omnium (y) iniri potest, quae ducta in a dabit summam omnium y^2.

Non possum hinc abire, nisi admoneam, admirandam illam consequentiam, quae ex hac demonstratione duci potest:

Cum x sit $= \sqrt{\dfrac{y^3}{a}}$. ostensum est reperiri posse summam omnium x. Iam idem $x = \dfrac{y}{\sqrt{a}}$, ut supra dictum est, et haberi potest summa omnium $\langle \dfrac{y}{a} \rangle$. (Quae est $\dfrac{a}{2}$. posito maximum $y = a$. seu quando basis seu maxima applicata lateri recto aequalis est, sin minus habetur proportione.) Cumque $\sqrt{_c}\ a$. sit semper eadem, hinc sequitur quantitatem ipsius $\sqrt{_c}\ a$.

seu rationem eius ad a. definiri posse, quia ratio omnium $\dfrac{y}{\sqrt{a}}$ planum constituentium ad omnia $\dfrac{y}{a}$ lineam facientia, haberi potest.

Notabile enim est, rationes puras in geometricis esse nullas, sed indivisibilia communia designari quoties divisor dividendo quantum ad dimensionem aequalis; sin inferior, designari indivisibilia communibus inferiora, quorum non nisi infinita indivisibile commune constituant.

Huius rei manifestam hanc demonstrationem affero per impossibile[:]
Sunto v. g. y et a aequalia, ergo $\dfrac{y}{a}$ significant 1. ita inquies. Ego fateor, sed aio illud 1 notandum esse hoc modo *1r*. neque enim esse 1, seu numerum illum, sed esse indivisibile aliquod, quod in praesenti constructione unitatis personam sustinet, sive quod est infinitesima pars lineae cuiusdam, in partes aequales infinitas cogitatione divisae. Fateor tamen dici posse $\dfrac{y}{a}$ esse unitatem communem, nam $\dfrac{y^2}{a^2}$ non augent dimensionem, nam v. g. $\dfrac{y^2a}{a^2}$ non nisi lineam facit. Et haec manifesta sunt sciendum enim istis a^2. vel a. non significari lineam, sed numerum infinitum, unde praeclare Proclus *Comm. in 1. Eucl.*[:] ut elementa arithmeticae sint: unitas et multitudo, ita geometriae esse: τὸ ἄτομον, καὶ τὸ ἄπειρον. Id est occupari eam numero sed infinito, indivisibilium velut unitatum.

Caeterum illud manifestum est, si v. g. curvae cuiusdam in rectam ductae superficies cylindrica aequetur seriei

$$\sqrt{a\beta} + \sqrt{2a\beta} + \sqrt{3a\beta} \text{ etc.}$$

curvam ipsam aequari huic seriei ex indivisibilibus conflatae:

$$\frac{\sqrt{a\beta}}{a} + \frac{\sqrt{2a\beta}}{a} + \frac{\sqrt{3a\beta}}{a} \text{ etc.}$$

Id ipsum ergo $\dfrac{\sqrt{a\beta}}{a}$, vel simile est indivisibile quoddam.

4 dividendo *(1)* maior *(2)* quantum *L*

14 praeclare: vgl. dazu *a. a. O.* (ed. Friedlein) S. 19.

Caeterum ad id unde coepi redeundum est: haberi posse valorem ipsius $\sqrt{a}$. vel $\sqrt{_c\; a}$. etc. in ratione ad a. Quod nescio an non usum haberi possit, ad construendas in plano aequationes alioquin desperatas.

V. g. si aequatio prodierit $z = \sqrt{_c\; c^2 v}$. posset $\sqrt{_c\; c^2}$. et $\sqrt{_c\; v}$. quodam valore exhiberi, haberetur aequationis reductio, imo sufficeret valorem cogniti $\sqrt{_c\; c^2}$. exhiberi. Certe data summa horum $\sqrt{_c\; \frac{y^3}{a}}$ $\left(\text{seu } \frac{y}{\sqrt{_c\; a}}\right)$ seu quadratura dicta, dabitur ratio eius ad summam $\frac{\sqrt{_c\; y^3}}{a}$. seu ad $\frac{y}{a}$.

Caeterum ut clarior sit modus quadraturae paraboloeidum compositarum, sic procedendum:

Data aequatione: $x = \sqrt{\frac{y^3}{a}}$. substituatur $x = \frac{y}{\sqrt{a}}$. Iam summa omnium y inveniatur more communi, cuius ratio ad a^2. cum nota sit β. fiet summa omnium x. seu $\frac{xb}{\gamma} = \frac{a^2\beta}{\sqrt{a}}$. Ergo $\frac{x^2b^2}{\gamma^2} = \frac{a^4\beta^2}{a}$. Quod absurdum, in eo ergo peccatum quod pro $\sqrt{_q\; \frac{y^3}{a}}$. substitutum $\frac{y}{\sqrt{_q\; a}}$. vel $\frac{y}{\sqrt{_c\; a}}$. Neutrum procedit.

Nihil ergo actum est, nisi alia rectior, generaliorque via reperiatur de qua pagina sequenti.

[*Teil 2, gültig*]

Quadratura paraboloeidum generalis



[*Fig. 1*]

Paraboloeidis cuiusque natura aequatione quadam exprimitur qua omnia curvae puncta ad axin basinve determinantur, eam autem aequationem ingreditur parameter seu l a t u s r e c t u m, recta quaedam constans atque invariata (a), distantiam

20 f. parameter seu l a t u s r e c t u m *erg. L*

puncti a vertice seu a b s c i s s a m appellabimus (x) BX, distantiam eius ab axe seu a p p l i c a t a m ad axem (y) BY.
His ita positis paraboloeidum genera haec sunt:

$\frac{1}{3}$	$a\ x =$	y^2	$a^4x =$		$a^5x =$		$a\ x = y^2$
$\frac{1}{4}$	$a^2x =$		$a\ x^4 =$		$a\ x^5 =$		$a^2x = y^3$
		y^3		y^5	$a^4x^2 =$	y^6	
$\frac{2}{5}$	$a\ x^2 =$		$a^3x^2 =$		$a^2x^4 =$		$a^3x = y^4$
	$a^3x =$		$a^2x^3 =$		$a^3x^3 =$		$a^4x = y^5$
	$a^2x^2 =$	y^4					
	$a\ x^3 =$						

etc.

4–11 *Anmerkungen zur Tabelle:*
gültig: NB. $a^2x^2 = y^4$ frustra diceretur, reducitur enim ad $ax = y^2$. ut et $a^3x^3 = y^6$ ad $ax = y^2$.
$a^4x^2 = y^6$. $a^2x = y^3$.
gestr. neben der 4. Spalte: Area trilinei concavi $\frac{1}{3}$



[*Fig. 2*]

Porro in omnibus istis paraboloeidibus, haec est regula generalis tangentium ducendarum, a geometris praestantibus dudum prodita, nimirum si tangens sit YC. rectam x (BX) fore ad rectam BC, ut est exponens potestatis x (BX) ad exponentem potestatis y (BY). Ideo in parabola communi BC est $(2\ BX)$ $2x$, quia cum aequatio sit: $ax = y^2$. patet exponentem x esse 1. exponentem y^2 esse 2.

At hinc se methodus mihi aperuit nova prorsus et admiranda, quadrandi figuram quamcunque, quotiescunque ea eius est natura, ut certa constansque sit ratio CX ad BX, vel BC ad BX. Quae methodus utique infinitas alias figuras comprehendit, quae paraboloeides, sive ex earum, quas tabella in infinitum continuata contineret, genere; non sunt.

Fiat triangulum figurae datae characteristicum, indivisibilium repraesentantium HIY. Ducatur et recta XG perpendicularis ad tangentem CY. seu intervallum tangentis a vertice. Patet triangula CBY et HIB esse similia, angulumque BCI angulo IHY aequalem. Ergo cum angulus XCG (vel BCY) angulo IHY sit aequalis, triangula quoque CGX et HIY similia erunt; ideoque

$$\frac{CX}{HY} = \frac{GX}{IY}, \text{ vel } CX \frown IY = GX \frown HY,$$

id est CX ad basin aequantur intervallis tangentium a vertice seu GX ad arcum, ac per consequens (ut alibi demonstravimus) segmento XY, vel si longius procedas XE, duplicato.

Porro quando rectae CX habent certam et constantem rationem ad rectas BX, etiam summa omnium CX ad basin DE, vel XK, constantem habet rationem ad summam omnium BX (vel FY) ad eandem XK. vel ad aream spatii $XYEK$. Haec ratio esto β. Summa omnium BX, seu area concavi trilinei $XYEK$ quaesita esto: z^2. Ergo

$$\text{summa omnium } CX \text{ erit } \beta z^2, \text{ ac segmentum } XYE \text{ erit } \frac{\beta z^2}{2}.$$

Iam trilineum concavum $XYEK$ segmento XYE auctum constituit triangulum $EXKE$. habemus ergo aequationem:

$$z^2 + \frac{\beta z^2}{2} = \bigtriangledown XKE. \quad \text{Ergo} \quad z^2 = \frac{\bigtriangledown XKE}{\overline{1 + \dfrac{\beta}{2}}}$$

Habemus ergo quadraturam trilinei concavi $XYEK$ quaesitam.

Exemplo veritas demonstrationis statim comprobatur, si curva sit parabolae communis, erit $\beta = 1$. ergo $1 + \dfrac{\beta}{2} = \dfrac{3}{2}$. Ergo $z^2 = \dfrac{\bigtriangledown XKE}{\overline{\dfrac{3}{2}}}$ vel $= \dfrac{\square XE}{3}$.

Innumerae supersunt figurae; eadem methodo quadrabiles, quae in tabula praecedente non continentur, uti, in quibus exponentes sunt ut numeri fracti, aut ut integri ad fractos, v. g. $ax^{\frac{1}{2}} = y$, sed id reducitur ad hanc aequationem: $\dfrac{ax}{2} = x^2$. Sed in haec ulterius inquirendum, et an exponentes numeri surdi esse possint.

Sed quicquid eius sit, illud certe manifestum est, si CX sit ad CB aliter quam integer rationalis ad integrum rationalem, v. g. ut $\dfrac{1}{2}$ ad 1. vel ut $\dfrac{3}{4}$ ad $\dfrac{2}{3}$. vel ut Rq 2. ad 1. quod certe fieri posse manifestum est, patet non ideo minus quadrari figuram, etsi paraboloeidum forma enuntiari non possit.

1 (ut alibi demonstravimus) *erg. L*

14–17 Hier benutzt Leibniz eine neuartige Bezeichnungsweise, wendet diese aber nicht konsequent an. Hinzu kommen Unzulänglichkeiten in der Rechnung. — Derselbe Ansatz tritt erneut in N. 39 S. 627 Z. 18 – S. 630 Z. 2 auf.

parabolae communis, esse cylindrum trilinei parabolae simplicis cubicae; et ostendimus paulo ante huius quoque trilinei momentum esse cylindrum trilinei parabolae simplicis quadrato-quadraticae; idemque de caeteris intelligendum.

Et huic observationi aliam non absimilem addo, omnes scilicet paraboloeides pene simplices, seu simplicibus proximas cuiuscunque gradus (quippe quas ingreditur x^2), habere momentum trilinei ex ipsa AR, basi paraboloeidis BC parallela, homogeneum trilineo figurae plane simplici gradus proxime sequentis, quoniam in talibus $x^2 = \frac{y^3}{a}$ vel $\frac{y^4}{a^2}$ vel $\frac{y^5}{a^3}$ vel $\frac{y^6}{a^4}$ etc. Sunt autem semiquadrata omnium x, seu omnia $\frac{x^2}{2}$ momento earum ex altitudine cui applicatae sunt AR aequalia, ut constat. Rectius dicam non tantum homogenea esse haec solida, illis planis, sed esse eorum cylindros, nam summa omnium $\frac{y^3}{a}$ est cylinder omnium $\frac{y^3}{a^2}$, seu summa omnium x^2, paraboloeidis pene simplicis, est summa omnium x, paraboloeidis plane simplicis, gradus proxime sequentis, ducta in a.

Sed haec cum sint specialia praelibare volui tantum. Ac nunc ad theoremata generalia obiter tradenda accedo.

Ac primum regula fieri potest, elegans admodum et universalis, pro summis omnium y^2 habendis, quae ita habet:

Data paraboloeide in qua summa omnium y^2 quaeritur. Ad habendam novam paraboloeidem summae omnium y^2 homogeneam, distinguendi sunt duo casus, nam, aut exponens ipsius x est maior, quam ipsius a, aut minor vel aequalis.

Si maior, tunc ita procedendum est:

Ipsius y potestati ascribatur exponens duplicatus potestatis ipsius x in aequatione paraboloeidis datae occurrens, et ipsius a potestati ascribatur exponens differentiae exponentium x et a, et habebitur aequatio paraboloeidis homogeneae solido cuius quadratura quaeritur.

Ita esto paraboloeis $ax^3 = y^4$, fiet: $y^6 = a^2x^4$ ac proinde paraboloeis cubico-cubica [quadrato]-quadratiformis erit figurae omnium y^2, paraboloeidis quadrato-quadraticae

14 f. Sed ... accedo. *erg. L* 18–21 Ad habendam ... procedendum est: *erg. L* 24 x et a | et quod tamen omitti quoque potest, uterque ducatur in exponentem ipsius y priorem *erg. u. gestr.* |, et *L* 27 quadrato- *erg. Hrsg.*

cubiformis homogenea. Ratio haec est, cum sit

$$ax^3 = y^4. \text{ erit } Rqq\; ax^3 = y. \quad \text{et} \quad Rqq\; a^2x^6 = y^2.$$

Hic habemus primum exponentem x duplicatum, nempe 6 ex 3, estque $Rqq\; a^2x^6$ planum seu secundae dimensionis, et summa omnium solidum. Cui solido, ut planum homogeneum habeatur, dividatur eousque per a. donec ista Rqq praesens in lineam transeat. Productum enim manebit homogeneum priori, quia a cum sit perpetuo eadem, non variat rationes. Dividenda est ergo quantitas a^2x^6 per a. dimidio exponentium numero affectum, seu per a^4. fiet $Rqq\; \frac{a^2x^6}{a^4}$. vel $Rqq\; \frac{x^6}{a^2}$. Est enim (2) differentia inter (4) dimidium summae $(2+6)$, et partem minorem (2), eadem cum (2) differentia inter terminos (4 et 2) maiorem et minorem dimidiatos (seu 3 et 1 exponentes in aequatione data, potestatum x et a). Nam $\frac{a+b}{2} - b = \frac{a+b-2b}{2} = \frac{a}{2} - \frac{b}{2}$. Iam cum sit $y = Rqq\; \frac{x^6}{a^2}$, eliminata irrationalitate fiet $\frac{x^6}{a^2} = y^4$, atque ideo $x^6 = y^4a^2$, vel potius; sumendo y pro termino cuius unius potestas potestati duorum caeterorum terminorum aequatur $y^6 = a^2x^4$.

Si vero exponens potestatis a sit maior exponente potestatis x vel ei aequalis, exponens potestatis (non y) sed x duplicetur, et summa exponentium datorum x et a, ab exponente a dato duplicato subtracta, residuum ipsi a ascribatur.

Ut esto paraboloeis, surdesolida quadratiformis, aequationis $a^3x^2 = y^5$. fiet aequatio paraboloeidis solido omnium y^2 homogeneae, $x^4a = y^5$. quae est surdesolida quadrato-quadratiformis. Nam quoniam ob aequationem datam

$$y = R⑤\; a^3x^2. \quad \text{erit} \quad y^2 = R⑤\; a^6x^4.$$

hinc habemus exponentem x duplicatum. Iam ut figuram planam homogeneam inveniamus, dividamus a^6x^4 per a toties in se ductum, donec $R⑤\; a^6x^4$ fiet linea, id est per a, exponente, omnium exponentium $6+4$, dimidio, $3+2=5$, id est summa exponentium

4 dimensionis, *(1)* id *(2)* et ... solido *L* 5–7 lineam *(1)* finit *(2)* transeat. | Productum ... rationes. *erg.* | Dividenda *L* 12 fiet *(1)* $\frac{x^{24}}{a^8} = y^4$ *(a)* sive x^{24} *(b)* (unde patet ad eliminandam rationalitatem *(!)* exponentes productos 6. et 2. in exponentem ipsius y. datum, hoc loco 4. ducendos) atque ideo $x^{24} = y^4a^8$, vel potius; sumendo y pro termino cuius | unius *erg.* | potestas potestati duorum caeterorum terminorum aequatur $y^{24} = x^4a^8$, vel *(2)* $\frac{x^6}{a^2} = y^4$ *L* 13 f. $y^6 = a^2x^4$. | Unde patet in his casibus non opus esse, ut *gestr.* | Si *L* 18 est *(1)* cubico-cubica quadrato-cubiformis *(2)* surdesolida *L*

initio datorum, affectum, fiet $R\,5\,\dfrac{a^6x^4}{a^5}$; et quoniam hic exponens 5 semper minor est, exponente a dato duplicato, ab eo subtrahatur, fietque $R\,5\ ax^4 = y$, sive $ax^4 = y^5$.

Superest tantum ut quadrata omnium x quoque regula aliqua complectamur, quae sane brevis est et generalissima:
Exponens y duplicetur, et exponens a duplicatus, exponente x augeatur, habebiturque aequatio trilinei paraboloeidis, summae omnium x^2 homogenei.
Ita si sit paraboloeis surdesolida cubiformis, aequationis $y^5 = a^2x^3$. fiet aequatio $y^{10} = a^7x^3$, cuius paraboloeidis trilineum omnium $R\,3\,\dfrac{y^{10}}{a^7} = x$, summae omnium x^2 paraboloeidis datae homogeneum est. Nam ob aequationem datam

$$x = R\,3\,\frac{y^5}{a^2}.\ \ \text{Ergo}\ \ x^2 = R\,3\,\frac{y^{10}}{a^4}.$$

Hinc primum exponentes tam y quam a duplicatos habemus. Sed ut ex $R\,3\,\dfrac{y^{10}}{a^4}$, plano, salva progressionis ratione fiat linea, dividendum est per $R\,3\ a^3$, differentia enim inter $10-4$ quae nunc est potestas quantitatis productae, et $5-2$ quae esse deberet, ut linea fiat, est $5-2$, nam $2a-2b-a+b=a-b$. Iam $5-2$. seu differentia inter exponentem y datum, et a datum, semper est exponens x. Igitur exponenti a dato, nempe 2. duplicato, 4. addendus exponens x. seu hoc loco 3. fiet $R\,3\,\dfrac{y^{10}}{a^7} = x$, sive aequatio paraboloeidis homogeneae inventae erit: $\dfrac{y^{10}}{a^7} = x^3$, vel $y^{10} = a^7x^3$.

Nec dubito, ut dixi qui calculum ordine persequeretur, praeclaras in eo harmonias detecturum. Idemque futurum esse si ad cubos altioresque ipsorum x aut y potestates in summam colligendas assurgatur, methodo universali nunc aperta.

Ne quis autem putet quadrata applicatarum figurae homogeneae inventae quadrata figurae datae repraesentantium cubos eiusdem figurae datae repraesentare, exemplum

13 quae ... productae *erg. L* 20 f. aperta. *(1)* Praesertim cum quadrata | applicatarum *erg.* | figurae homogeneae inventae quadrata figurae datae repraesentantium cubos eiusdem figurae datae repraesentare *(a)* possint *(b)* fortasse possint, sed hanc suspicionem nunc excutere non vacat, quod facile foret; neque *(aa)* ea regula *(bb)* hoc quadratorum repraesentantium interventu opus est, cum methodo generali semper haberi possint repraesentantes applicatae. *Dazu am Rande (nachträglich gestr.) großes* *(2)* Ne *L*

adiciemus, quod eadem opera methodum nostram confirmat, et hanc [suspicionem] refutat.

$a^2x = y^3$. Hinc $y^6 = a^5x$ aequatio paraboloeidis homogenae omnium x^2, nam $x = \dfrac{y^3}{a^2}$. Ergo $x^2 = \dfrac{y^6}{a^4}$, homogenea huic: $x = \dfrac{y^6}{a^5}$. Qualibus exemplis, in quibus summa omnium x^2 methodo vulgari ac facili, sed ipsis peculiari haberi potest, elegans nostrae methodi confirmatio praebetur.

Sed et in hoc exemplo $x^3 = \dfrac{y^9}{a^6}$ quare et summa omnium x^3 haberi hoc loco potest; eadem homogenea figurae planae aequationis huiusmodi: $\dfrac{y^9}{a^8} = x$. Videamus an eadem figura sic inventa, etiam quadratis figurae homogeneae praecedentis, cuius aequatio $x = \dfrac{y^6}{a^5}$ homogenea sit, minimum $x^2 = \dfrac{y^{12}}{a^{10}}$, homogenea huic $x = \dfrac{y^{12}}{a^{11}}$, id ergo falsum deprehenditur.

Quare methodo universali a me hoc loco aperta, applicatarum cuiuscunque paraboloeidis cuiuscunque gradus potestates in summam colligendi, difficultate omni ad figuras planas homogeneas, ubi post demonstrationes nostras nulla est, id est quadraturam parabolarum revocata, possumus, opinor esse contenti.

Et vero cum Wallisius ipse quem nullus in hoc genere facile praeverterit non nisi primanos, secundanos, tertianos, etc.; subprimanos, subsecundanos, subtertianos, etc.; et singulorum, quadratos, cubos, aliasque potestates; ac horum denique omnium (demtis tamen quibusdam) reciprocos in summam colligendi, tradiderit tantum rationem; facile agnosci potest, quanta nunc accessione haec scientia augeatur; ubi cuilibet speciei serierum ab ipso traditae, infinitae aliae a me adduntur. Nam, si ille secundanos dedit, ego secundano-tertianos, secundano-quartanos, secundano-quintanos, etc. Si tertianos, ego tertiano-quartanos, tertiano-quintanos, tertiano-sextanos, etc. (idem est de subsecundano-tertianis; horumque omnium potestatibus) adicio. Ac proinde cum ille non

1 suspicionem *erg. Hrsg.* 20 serierum *(1)* infinite aliae | propemodum *erg.* | a me *(2)* ab *L*

15 Et vero: eine ähnliche Aussage bezüglich Wallis macht Leibniz bereits in N. 34; s. o. N. 34, S. 574 Z. 2 f. — s. a. oben S. 632 Z. 4–6.

nisi simplices exhibuerit, ego infinities infinitos addo, qui uno quoque simplicium cum caeteris omnibus distincte complicato, surgunt.

Et nunc vero etiam ad reciprocorum, quibus hyperboloeides constant, dimensiones transire placet.

39_2. PARS SECUNDA. DE HYPERBOLOEIDUM QUADRATURA

Hyperboloeides omnium graduum generumque quadrare,
excepta tantum earum prima, sive hyperbola ipsa.



fig. 2.

Sunto in f i g. 2. rectae *AB*. *AC*. in infinitum productae, versus *B*. vel *C*. angulum in *A* constituentes rectum; et curva *DEF* eius naturae, ut versus *B*. vel *C*. continuata magis magisque ad rectas expositas accedat, non tamen nisi infinito ab *A* intervallo eas attingat; ut proinde si puncta *B*. et *C*. loca concursus esse intelligantur, rectas *AB*. vel *AC*. necesse sit esse longitudine infinitas, non quod eis nulli sint termini, sunt enim aliae etiam versus easdem partes, longiores seu quae ultra *B*. et *C*. procurrant, quod hoc loco ostendere nihil attinet (quanquam mire faciat, ad declarandam infiniti naturam falsis notionibus involutam), sed quod termini *B*. *C*. sint intervallo ab *A* dissiti, quod sit quolibet a nobis assignabili maius. Et has ob causas rectae *AB*. *AC*. a s y m p t o t i appellantur, quod nomen postea ipsi spatio longitudine infinito *BDEFCA*. utrinque, id est versus *B*. pariter et *C*. infinito, vel etiam portioni eius *BDEFH* aut *CFHA* ab altera parte infinitae, communicatum est.

Caeterum asymptotos habent conchoeis, cissoeis, item quam ego angulorum figuram, seu hyperbolam falsam appellare soleo, quod insigni plane proprietate eadem cum angulis proportione per applicatas secetur; aliaeque infinitae, sed inprimis hyperbole atque hyperboloeides, de quibus hoc loco solis dicendum est: et quarum haec est proprietas generalis, ut sumto curvae puncto quolibet, ut *D*. vel *F*. potestas quaedam certa abscissae, ut *AI*. vel *AK*. ducta in potestatem quandam certam applicatae *DI*. vel *AK*. certae potestati lineae cuiusdam invariatae, ac proinde eidem semper, vel quadrato, vel cubo, vel surdesolido, etc. pro curvae natura aequetur.

Quemadmodum ergo in paraboloeidibus, ita et in hyperboloeidibus (quae ex elementorum paraboloeides constituentium reciprocis conflantur) agnosci debent tum gradus curvarum, tum in gradu quolibet genera varia. Nam prout potestas rectae invariatae: quadratum, cubus, quadrato-quadratum etc. est, hyperboloeidem quoque quadraticam, cubicam, quadrato-quadraticam, appellare licet; sed prout abscissae atque applicatae potestates varie complicantur, hinc in eodem gradu genera multa existere possunt.

Sed ut verbis parcatur tabulam exponere operae pretium est, qualem paraboloeidum dedimus, ubi primum admonuerimus, perinde ut illic, rectam invariatam a nobis appellari *(a)*, asymptoto parallelam abscissamve inde a puncto concursus seu centro asymptotorum sumtam *(x)*, eidem vero perpendicularem sive applicatam *(y)*.

Atque ita eas primum ad paraboloeidum exemplum ordinemus.

[*Tabelle, s. S. 646*]

Sed haec tabula, etsi continua in speciem, indiget tamen reformatione. Semper enim species quaevis speciei alteri eiusdem gradus, permutatis y et x coincidit, sive homogenea est; ita y^2x et $x^2y = a^3$. homogeneae sunt, nec est cur altera potius quam altera simplex, aut quadratiformis appelletur. Sane et quae uni asymptotae parallela est, alteri est applicata, ideoque non est cur altera potius quam altera, abscissa potius quam applicata appelletur. Sumta portione ab utraque parte finita aut infinita, omnia quae de x aut y dici possunt, manifeste permutantur. Sumto spatio ab una parte infinito, ab altera finito, ut *FEDBIH*. fateor rectam BH infinitam, instar axis, et rectam HF instar basis considerari posse, quae ubilibet finiat. Sed compensatur haec consideratio, cum primum animadvertitur istud spatium velut alterius figurae *BDEFCA* portionem recta axi (pro quo in spatio utrinque infinito alterutram asymptotorum assumere licet) CA parallela FH ac per consequens ad basin AB abscissam, intelligi posse. Quare aliter ordinandae sunt hyperboloeidum species, et quoniam paraboloeidum reciprocis constant elementis, collationem instituere operae pretium videtur.

Exempli causa, paraboloeidi quadrato-quadraticae simplici hanc aequationem tribuo: $y^4 = a^3x$. erit $y = R\,④\; a^3x$. et posito $a = 1$. et $x = 1$. vel 2. vel 3. vel 4. etc. erit series ipsorum y in numeris:

1 f. (y). | Denominationes autem, ut in paraboloeidibus sumsimus ab x̲. potius quam ab a̲. ac paraboloeidem cuius haec aequatio est $y^4 = ax^3$. quadrato-quadraticam, quidem, ob y^4, sed ob x^3 cubiformem, neglecto a. appellavimus; et $y^4 = a^3x$. simplicem, ob x. nulla potestate affectam; *erg., streicht Hrsg.*, ita hoc loco denominationem ab y. potius quam ab a. sumimus; ac hyperboloeidem, cuius aequatio $a^4 = yx^3$. simplicem appellamus. Cum enim alterutra eligenda esset; x. potius eximenda visa est, quoniam naturalius est x. quam y. constituere abscissam; abscissae autem progressionis arithmeticae intelliguntur, ac proinde ipsi a. uniformi, propiores, saltem enim crescunt uniformiter, quod minime faciunt applicatae. Quod si nondum satisfacit, rationem mox aliam subiciemus, eamque convincentem. *erg. u. gestr.* | Atque *L* 15 ac per ... AB *erg. L* 17 f. videtur. | Si quis hanc dispositionem atque nomenclaturam nostram, velut arbitrariam, pertinacius impugnat, ei opinor satisfactum erit, ubi *(1)* quas ego hyperbolas nomine *(2)* hyperboloeides, ut a me appellantur, paraboloeidum cognominum reciproca habere elementa ostendero. At pro paraboloeidum dispositione ac nomenclatura, satis illa ipsa inde surgentis harmoniae concinnitas perorabit: *gestr.* | Exempli *L*

3 *Tabelle*: zum Aufbau und den Ergänzungen s. u. S. 648 Z. 15–18 sowie S. 649 Z. 24 f.

[Tabula Hyperboloeidum]

Hyperboloeides					Paraboloeides respondentes
quadratica seu hyperbola communis reciproca trianguli		$a^2 =$	yx	....	$a^0x = y$
cubica	quadratiformis reciproca para– bolae communis	$a^3 =$	y^2x	....	$ax = y^2$
	$\boxed{\text{simplex}}$		yx^2		
quadrato– quadratica	cubiformis	$a^4 =$	y^3x	....	$a^2x = y^3$
	quadratiformis		y^2x^2	$*$ (vel $a^2 = yx$)	$a^0x^2 = y^2$
	$\boxed{\text{simplex}}$		yx^3		
surdesolida seu quadrato – cubica	$\square^{to}$ $\square^{ti}$formis	$a^5 =$	y^4x	....	$a^3x = y^4$
	cubiformis		y^3x^2	....	$ax^2 = y^3$
	$\boxed{\text{quadratiformis}}$		y^2x^3		
	$\boxed{\text{simplex}}$		yx^4		
cubico – cubica	$\square^{to}$ cubiformis	$a^6 =$	y^5x	....	$a^4x = y^5$
	$\square^{to}$ $\square^{ti}$ formis		y^4x^2	$*$ (vel $a^3 = y^2x$)	$a^2x^2 = y^4$
	cubiformis		y^3x^3	$*$ (vel $a^2 = yx$)	$a^0x^3 = y^3$
	$\boxed{\square^{ti}\text{ formis}}$		y^2x^4	$*$ (vel $a^3 = yx^2$)	
	$\boxed{\text{simplex}}$		yx^5		

1 Tabula Hyperboloeidum *erg. Hrsg.*

$$R\,④\,1. \qquad R\,④\,2. \qquad R\,④\,3. \qquad R\,④\,4. \qquad \text{etc.}$$

Contra erit $x = \dfrac{y^4}{a^3}$, eodemque modo posito $a = 1.$ et $y = 1.$ vel 2. vel 3. vel 4. etc. erit series ipsorum x in numeris:

$$1 \qquad 16 \qquad 81 \qquad 256$$

Sumtis iam hyperboloeidibus quadrato-quadraticis duabus, altera cuius aequatio est: $a^4 = yx^3$, altera cuius aequatio est: $a^4 = y^3x$, videamus utra harum potius paraboloeidis alicuius simplicis reciproca dici mereatur; reducta ad numeros serie elementorum.

Ac primum ob aequationem $a^4 = yx^3$, erit $y = \dfrac{a^4}{x^3}$, et posita $a = 1.$ et $x = 1.$ vel 2. vel 3. vel 4. erit series omnium y in numeris

$$\frac{1}{1} \qquad \frac{1}{8} \qquad \frac{1}{27} \qquad \frac{1}{64} \qquad \text{etc.}$$

Patet ergo elementa haec paraboloeidis, verum non quadraticae, sed cubicae simplicis reciproca esse.

Eodem modo $x = R\,③\,\dfrac{a^4}{y}$. hinc series omnium x in numeris:

$$\frac{1}{R\,③\,1} \qquad \frac{1}{R\,③\,2} \qquad \frac{1}{R\,③\,3} \qquad \frac{1}{R\,③\,4} \qquad \text{etc.}$$

Unde intelligi potest, quam in tabula nominaveram: hyperboloeidem quadrato-quadraticam simplicem cuius aequatio: $a^4 = yx^3$, esse paraboloeidis cubicae simplicis cuius aequatio: $y^3 = a^2x$, reciprocam.

Nunc alteram quoque hyperboloeidem quadrato-quadraticam aequationis $a^4 = y^3x$, quae sola priori controversioni de simplicitate movere posset, examinemus. In ea $y = R\,③\,\dfrac{a^4}{x}$, eritque series omnium y in numeris:

$$R\,③\,1 \qquad R\,③\,2 \qquad R\,③\,3 \qquad R\,③\,4$$

Habemus ergo seriem omnium y hyperboloeidis quadrato-quadraticae istius, homogeneam seriei omnium x hyperboloeidis quadrato-quadraticae prioris. Et contra hoc loco series omnium x seriei omnium y prioris, homogenea est; nam hoc loco $x = \dfrac{a^4}{y^3}$, id est in numeris:

$$\frac{1}{1} \qquad \frac{1}{8} \qquad \frac{1}{27} \qquad \frac{1}{64} \qquad \text{etc.}$$

Non est ergo cur hae duae species distinguantur, aut cur altera prae altera simplex vocetur, cum curva utriusque eadem sit.

Iam ut species hyperboloeidum distinctius habeantur, ex paraboloeidibus reciproca earum elementa sunt indaganda.

Ita in prima seu communi parabola elementa axi parallela, seu omnia (x) sunt:

$$1 \qquad 4 \qquad 9 \qquad 16$$

horum reciproca:

$$\frac{1}{1} \qquad \frac{1}{4} \qquad \frac{1}{9} \qquad \frac{1}{16} \qquad \text{etc.}$$

Unde aequatio: $x = \dfrac{a^3}{y^2}$. vel $y^2x = a^3$.

Elementa basi parallela, seu omnia (y) sunt:

$$Rq\ 1 \qquad Rq\ 2 \qquad Rq\ 3 \qquad Rq\ 4$$

quorum reciproca

$$\frac{1}{Rq\ 1} \qquad \frac{1}{Rq\ 2} \qquad \frac{1}{Rq\ 3} \qquad \frac{1}{Rq\ 4}$$

Unde aequatio: $\sqrt{\dfrac{a^3}{x}} = y$, sive $y^2x = a^3$.

Igitur p a r a b o l a e q u a d r a t i c a e , reciproca est h y p e r b o l o e i s c u b i c a. Quod mirum videri non debet, quoniam h y p e r b o l a q u a d r a t i c a seu communis, non parabolae communi, sed t r i a n g u l o , quod iure omnium paraboloeidum primum intelligi potest, reciproca habeat elementa.

P a r a b o l o e i s c u b i c a quadratiformis, aequationis $y^3 = ax^2$, elementa habet radices quadratas ex numeris cubis, vel radices cubicas ex numeris quadratis; i l l a r u m reciproca

$$\frac{1}{Rq\ 1} \qquad \frac{1}{Rq\ 8} \qquad \frac{1}{Rq\ 27} \qquad \frac{1}{Rq\ 64} \qquad \text{etc.}$$

unde aequatio: $Rq\ \dfrac{a^5}{x^3} = y$. vel $y^2x^3 = a^5$.

H a r u m , radicum inquam cubicarum ex numeris quadratis, reciproca:

$$\frac{1}{R③\ 1} \qquad \frac{1}{R③\ 4} \qquad \frac{1}{R③\ 9} \qquad \frac{1}{R③\ 16}$$

Unde aequatio: $R③\ \dfrac{a^5}{x^2} = y$, vel $y^3x^2 = a^5$.

Ergo paraboloeidi cubicae quadratiformi, [hyperboloeides] surdesolida quadratiformis, vel quod idem est cubiformis, reciproca est.

Atque ut semper ex data aequatione paraboloeidis, aequationem hyperboloeidis reciprocae brevissime investigemus:
Esto aequatio paraboloeidis $y^3 = ax^2$. et ex y vel x eligatur utrumlibet, et si placet minori potestate affectum, ut hoc loco x. Ergo $x = Rq\,\dfrac{y^3}{a}$, et invertendo $Rq\,\dfrac{a}{y^3}$, quod ut possit esse = alicui x, seu lineae, per a multiplicandum, donec ad debitam dimensionem assurgat, hoc loco $\dfrac{a^5}{y^3}$, $Rq = x$. vel $\dfrac{a^5}{y^3} = x^2$, quod ab initio statim fieri poterat, extractione radicis omissa; nam aequatio paraboloeidis data convertatur in aliam, cuius unum latus continet, potestatem datam alterutrius variabilium (y vel x) solam, alterum fractionem, cuius denominator sit alterius variabilium potestas data, numerator potestas, invariabilis a, prout natura novae aequationis postulat, aucta. Unde patet potestatem linearum variabilium non mutari, at exponentem ipsius a novum summam exponentium x et y debere aequare, quorum antea tantum differentiam aequaverat; differentia autem inter summam et differentiam $a+b-a+b$ est minor terminus duplicatus. Ergo inventam habemus

„ regulam expeditam et generalem aequationem paraboloeidis datae mutandi in
„ aequationem hyperboloeidis reciprocae, si a ponatur ab uno latere aequationis expo-
„ nente eius duplo minoris variabilium exponente, aucto; contra data aequatione hy-
„ perboloeidis, datur aequatio paraboloeidis respondentis, si ab exponente a detraha-
„ tur exponens variabilium minoris, et maioris variabilium potestas ab uno aequatio-
„ nis latere, caetera ab altero collocentur. Vel brevius, retento exponente literae x et
„ y. ipsius a exponens erit differentia eorum.

Et secundum hanc regulam calculatas paraboloeides respondentes, margini hyperboloeidum in tabulam adiciemus, unde apparet sane fieri non posse, ut hyperboloeidum et paraboloeidum gradus sibi respondeant, quoniam aliqua hyperboloeis cubico-cubica habet cubicam paraboloeidem sibi respondentem, et contra una hyperboloeis surdesolida habet respondentem sibi paraboloeidem quadrato-quadraticam. Quare hyperboloeides nomina, quae imposuimus retinere possunt; sed quando eadem hyperboloeis diversa

1 paraboloeides *L ändert Hrsg.* 22 f. Vel ... eorum. *erg. L*

habet nomina, quod scilicet tantum literarum x et y permutatione varietur, retinebit maius. Ita hyperboleis surdesolida: quadrato-quadratiformis et simplex eadem est, sed nomen quadrato-quadratiformis retinebit, quoniam paraboloeis cui reciproca est, quadrato-quadratica est, ac proinde hyperboloeidis gradum ab exponente literae a. speciem ab exponente literae x vel y utra maior est, determinari.

Quaestio hoc loco obiter institui potest, quid illis seriebus faciendum sit, quae sane fractionum habent formam, sed in quibus numerator non minus ac denominator continue crescit, ut si series sit:

$$\frac{1}{Rq\ 1} \qquad \frac{2}{Rq\ 2} \qquad \frac{3}{Rq\ 3} \qquad \frac{4}{Rq\ 4} \qquad \text{etc.}$$

cuius aequatio est $\dfrac{ax}{\sqrt{ax}} = y$. vel $\dfrac{a^2x^2}{ax} = y^2$. vel $ax = y^2$. Unde apparet hanc seriem ad parabolam communem reduci.

Esto alia:

$$\frac{1}{Rq\ 1} \qquad \frac{2}{Rq\ 8} \qquad \frac{3}{Rq\ 27} \qquad \frac{4}{Rq\ 64} \qquad \text{etc.}$$

aequatio $\dfrac{x^{\cdot\cdot}}{Rq\ x^3} = Rq\ \dfrac{a^4x}{x^3} = y$. vel $a^4x = y^2x^3$. vel $a^4 = y^2x^2$. vel $a^2 = yx$. Hanc ergo manifestum est reduci ad hyperbolam communem.

Idemque de caeteris speciebus omnibus iudicandum est, sublata enim irrationalitate alterum ex $x^{\cdot\cdot}$ destruitur. Et divisio alicuius potestatis sive radicis per aliam, gignit potestatem aliquam vel radicem; ut: $\dfrac{3}{Rq\ 3} = Rq\ 3$. quia $3 = Rq\ 3 \frown Rq\ 3$.

Atque his ita de hyperboloeidum gradibus speciebusque, praelibatis, ad dimensiones ascendemus, usi perinde ut in paraboloeidibus, ratione productae ad abscissam, quae hoc quoque loco invariata est ac constans in eadem specie figurae. Et vero dudum a doctissimis viris, qui de maximis ac minimis, ac tangentium ducendarum ratione scripsere observatum est[:] sumta spatii concavi hyperboloeidis cuiuslibet, applicata qualibet asymptoto uni parallela, et a curvae puncto G ad alteram usque asymptoton producta, ut GL. fore abscissam AL ad productam LM (productam inquam ab L usque ad punctum M, in quo GM tangens curvae in G asymptoto AC occurrit), ut est exponens potestatis ipsius abscissae x vel AL. ad exponentem potestatis ipsius applicatae y vel GL.

15 reduci: in Wirklichkeit ergibt sich die quadratische Hyperbel $a^3 = y^2x$. Die Bezeichnung $x^{\cdot\cdot}$ bei der Rationalisierung ist mnemotechnischer Natur.

Cumque in hyperbola communi cuius aequatio $a^2 = xy$. exponentes isti sunt aequales, erunt rectae quoque AL et LM aequales. At in hyperboloeide cubica $a^3 = y^2x$, cum exponens y sit 2. et exponens x sit 1. etiam LM ipsius AL dupla erit. Idem est si applicata assumatur EN. abscissa AN. producta NO. tangens EO.
Notandum autem a b s c i s s a s hoc loco intelligi non a vertice sed a basi, et p r o d u c t a s non ultra verticem, sed trans applicatam.

Nunc tres intelligantur esse applicatae EN. GL. FK. quarum distantiae NL. LK. sint infinite parvae. Constat tangentem per duarum applicatarum distantiae infinite parvae extrema transire intelligi posse. Ea enim est natura tangentis, ut duas eiusdem curvae applicatas, nisi distantiae infinite parvae, ac quae pro eadem haberi possint, non attingat. Igitur tangentem GM ponamus transire per F, et tangentem EO per G. Iamque intelligamus spatium constare ex infinitis numero trapeziis ut $ENLG$; et $GLKF$ latitudinis infinite parvae; et curvam ipsam ex rectis numero infinitis, magnitudine infinite parvis, ut tangentium scilicet portionibus inter duas applicatas proximas interceptas velut polygonorum irregularium lateribus compositam; ex punctis curvae F. G. E. demittantur rectae perpendiculares in basin FH. GP. EQ. ac tangentibus quoque usque ad basin productis, MFG in R, et OGE in S. Ex puncto A. centro seu concursu asymptotorum demittantur perpendiculares in tangentes productas, quae occurrant in punctis T. U, tangentibus productis ut $MFGTR$, $OGEUS$. Denique puncta ut W. vel Z. quibus duorum punctorum curvae proximorum, tangentem communem habentium, ut E et G (vel G et F) rectae, ut EN et GP (vel GL et FH) ex uno quidem a basi remotiore G (vel F) in basin AB, ex altero ab axe remotiore E (vel G) in axem AC perpendiculares se intersecant.

Habebimus triangula rectangula EWG (vel GZF), quorum latus unum ut WG (vel FZ) est differentia abscissarum EQ, GP (vel GP. FH) aequalis NL (LK) distantiae applicatarum EN. GL (GL. FK) et latus alterum idem est inverso modo si applicatas abscissis permutes; EW (GZ) differentia applicatarum EN, GL (GL. FK) aequalis QP (PH) distantiae abscissarum vel intervallorum a basi EQ. GP (GP. FH). Basis autem seu hypotenusa, sit latus polygoni infinite parvum, seu portio tangentis inter duas applicatas abscissasve intercepta EG (GF).

Manifestum est autem triangulum AUO (ATM), intervallo tangentis a centro A. nempe AU (AT), portione tangentis OU (MT), et summa abscissae productaeque, AO

15 irregularium *erg. L* 28–30 Basis ... (GF). *erg. L*

(AM) comprehensum, esse simile triangulo EWG (GZF), et angulum EGW (GFZ) esse angulo UOA (TMA) aequalem. Unde sequitur ut est AU (AT) ad EW (GZ) ita esse AO (AM) ad EG (GF) ac proinde rectangulum ex AU in EG (AT in FG), rectangulo ex AO in EW, vel QP (AM in GZ, vel PH) aequari.

His ita positis sumatur portio curvae quantacunque $DEGF$ divisa in latera numero infinita, magnitudine infinite parva ut EG. GF. et ex puncto A ducantur ad horum laterum terminos, rectae AD, et post infinitas intermedias AE. AG. AF.

Manifestum est, totum sectorem concavum $ADEGFA$ infinitis triangulis AFG. AGE. etc. compleri. At vero haec eadem triangula duplicata aequari basibus eorum, id est tangentium portionibus EG vel GF in altitudines, id est tangentium intervalla AU, vel AT ductis, manifestum est.

Vicissim vero ostensum paulo ante, rectangula AU in EG, vel AT in GF, rectangulis AO in QP. vel AM in PH. aequari, ergo triangulum AGE, vel AFG duplicatum rectangulo AO in QP, vel AM in PH aequabitur.

Describantur rectangula haec, rectis AO in $P\alpha$ vel $Q\theta$, et AM in $H\lambda$ vel $P\gamma$ translatis, et basibus QP et PH impositis. Quod si idem fieri intelligatur in quolibet curvae $DEGF$ puncto, quod in punctis E. G. F. factum est, infinita numero rectangula eiusmodi, basi IH imposita, constituent spatium curvilineum concavum $ID\theta\lambda H$, sectori concavo $ADEGFA$, duplicato, id est omnibus illis triangulis numero infinitis ut AFG, AGE, etc. sectorem complentibus, duplicatis; aequale.

Manifestum est autem curvam $D\theta\lambda$ esse eiusdem speciei cum priori $DEGF$. quoniam enim applicatae sunt proportionales, seu λH ad FH, ut θQ ad EQ. figurae erunt homogeneae, duae autem figurae planae homogeneae sunt eiusdem speciei, nec nisi laterum rectorum, si qua habent, magnitudine differunt, uti ellipsis et circulus eadem certe aequatione possunt exprimi.

Datur ergo ratio spatii $IDEGFH$, ad spatium $ID\theta\lambda H$, quae scilicet applicatarum respondentium, sive quae abscissarum, ad summas ex abscissis et productis. Rationem sum-

24 differunt, *(1)* ac ut obiter dicam, similes sunt, *(2)* uti *L*

15–20 Bei der Konstruktion der Hilfskurve für die Transmutation weist Leibniz dem Punkt D unberechtigterweise eine Sonderrolle zu, so dass die Hilfskurve in seiner Handzeichnung wie die Ausgangskurve durch D läuft. Der Fehler beeinflusst die folgenden Betrachtungen nur unwesentlich.

mae ad abscissam vel exponentis a ad exponentem x, appellemus ☽. quae in hyperbola communi $= \frac{2}{1}$. Quare spatium $☽ \frown IDEGP =$ sectori concavo $ADEGA$ duplicato, seu $☽ \frown IDEGP = 2 \;\; ADEGA$.
Quoniam vero $IDEGP$ est aequale his duobus, trapezio $ID\mu P$, et sectori concavo μDEG, simul sumptis; ac eodem modo $ADEGA$ est aequale his duobus; triangulo $A\mu G$, et eidem sectori concavo μDEG, simul sumtis, ideo

$$☽ \frown ID\mu P + ☽ \frown \mu DEG = 2\; A\mu G + 2\; \mu DEG.$$

Et quia in hyperbola communi $☽ = 2$, ideo in ea aequatio ista sic interpretanda est:

$$2\; ID\mu P + 2\; \mu DEG = \; 2\; A\mu G + 2\; \mu DEG.$$

Unde cum $2\; \mu DEG$ utrinque destruatur, manifestum est in hyperbola communi aequationem propositam nihil conferre ad spatii curvilinei quadraturam, neque aliud inde sequi, quam

$$2\; ID\mu P = 2\; A\mu G \text{ vel } \; ID\mu P = A\mu G.$$

Unde, si utrique addatur triangulum μPA, fient duo triangula vel etiam, si duplicentur, $AID = APG$, vel rectangulum AID aequale rectangulo ALG. Quae nota est hyperbolae proprietas, omnia scilicet rectangula sub abscissa et applicata, ubicunque in spatio asymptoto assumtis, inter se, ac proinde quadrato cuidam certo ac perpetuo aequalia esse seu $a^2 = xy$, insigni documento veritatis tam eleganti harmonia demonstrationum comprobatae.

At vero in caeteris hyperboloeidibus omnibus (praeter eas quae ad communem revocantur, qualis est: $a^6 = x^3y^3$), quadraturam spatii curvilinei haberi necesse est. Ut enim ad aequationem propositam
$☽ \frown ID\mu P + ☽ \frown \mu DEG = 2\; A\mu G + 2\; \mu DEG$ vel $☽\; ID\mu P - 2\; A\mu G = 2\; \mu DEG - ☽\; \mu DEG$ redeamus, patet inde fieri

$$\frac{☽\; ID\mu P - 2\; A\mu G}{☽ - 2} = \mu DEG, \text{ et } \; ID\mu P + \frac{☽ \frown ID\mu P - 2\; A\mu G}{☽ - 2} = IDEGP$$

1 appellemus *(1)* β *(2)* ☽. *L* 2 Quare *(1)* ratio *(a)* quoque spatii IDEGFH *(b)* IDEGP ad sectorem concavum dabitur, $= \frac{2\beta}{1}$. Ac proinde spatium *(2)* spatium *L* 23 + 2μDEG *(1)* redeamus, vel ☽ est maior quam 2, vel minor, si maior erit *(2)* quam sic polien *(3)* vel *L*

24 inde fieri: anstelle von $☽ - 2$ müsste es umgekehrt $2 - ☽$ heißen. Der Fehler wirkt sich bis zum Ende des Stückes aus. — Im Zuge der anschließenden Rechnungen unterlaufen Leibniz weitere Flüchtigkeitsfehler, so dass er lediglich stellenweise richtige Zwischenergebnisse erreicht.

seu $$\frac{\rightmoon \frown 2\ ID\mu P - 2\ ID\mu P - 2\ A\mu G}{\rightmoon - 2} = IDEGP$$
id est spatio hyperboloeidis ad quadrandum proposito. Q.E.F.

Ut autem $ID\mu P$ et $A\mu G$ comparemus, recta $P\mu$ appelletur $= b$. recta $\mu G = c$. $PG = b + c$. et $PA = d$. $PI = e$. et $AI = d + e$. erit $\bigtriangledown^{\text{lum}}\ P\mu A = \dfrac{bd}{2}$. et $A\mu G = \dfrac{cd}{2}$. et $APG = \dfrac{bd + cd}{2}$.

Porro $ID = \dfrac{P\mu \frown AI}{PA} = \dfrac{bd + be}{d} = b + \dfrac{be}{d}$. Et constat $ID\mu P$ ex rectangulo $P\xi$, et triangulo $D\xi\mu$. Rectangulum autem $P\xi = be$, et quia $D\xi = ID - P\mu = b + \dfrac{be}{d} - b = \dfrac{be}{d}$. erit $D\xi\mu = \dfrac{be^2}{2d}$. Ergo $ID\mu P = be + \dfrac{be^2}{2d}$ vel $\dfrac{2dbe + be^2}{2d}$. Ergo per aequationem supra positam:
$$\frac{\dfrac{\rightmoon\ dbe + \rightmoon\ be^2}{2d} - \dfrac{cd}{2}}{\rightmoon - 2}, \text{ seu } \frac{\cancel{2}\rightmoon dbe + \cancel{2}\rightmoon be^2 - \cancel{2}cd^2}{\underset{2}{\cancel{4}}d\rightmoon - \underset{2}{\cancel{4}}d} = \mu DEG.$$
Positoque $\pi d = b$. fiet: $\dfrac{\rightmoon be + \rightmoon\pi e^2 - cd}{2\rightmoon - 2} = \mu DEG$.

et posito $2\rightmoon - 2 = \delta$. fiet: $\dfrac{\rightmoon be + \rightmoon\pi e^2 - cd}{\delta} = \mu DEG$.

Addatur utrobique $P\mu A = \dfrac{bd}{2}$. fiet: $\dfrac{\rightmoon bde + \rightmoon be^2 - cd}{2d\rightmoon - 2d} \overset{+}{\times} \dfrac{bd}{2} = IDEGP$.

Ergo $\dfrac{2\rightmoon bde + 2\rightmoon be^2 - 2cd^2 + 2\rightmoon bd^2 - 2bd^2}{4d\rightmoon - 4d} = IDEGP$.

Posito $\rightmoon = 3$. erit: $\dfrac{\overset{3}{\cancel{6}}bde + \overset{3}{\cancel{6}}be^2 - \overset{}{\cancel{2}}cd^2 + \overset{2}{\cancel{4}}bd^2}{\underset{4}{\cancel{8}}d} = IDEGP$.

Detrahatur utrobique rectangulum $DP =$ rectang. $P\xi$ $(= be)$ + rectang. $D\xi\mu$ $\left(\dfrac{be^2}{d}\right)$.

15 Posito ... IDEGP. *erg. L*

Residuum cognitorum hoc rectangulo detracto aequabitur spatio $DEG\beta$. Posito iam ☽ $= 3$, erit

$$\cancel{6bde} + \cancel{6be^2} - 2cd^2 + 6bd^2 - \underset{\underset{2}{\cancel{8}}}{\cancel{12}}dbe + \cancel{4dbe} - \underset{\underset{2}{\cancel{8}}}{\cancel{12}}be^2 + \cancel{4be^2}$$

In omnibus his aequationibus non determinatur utrum altero maius, seu utrum subtrahens an subtrahendum, nunc enim unum, nunc alterum maius. Fiet autem hoc loco:

$$\frac{6bd^2 - 2cd^2 - 2dbe - 2be^2}{12d - 4d}.$$

(Si D ponatur B. seu recta AD infinita seu coincidens ipsi AB. necesse est spatium $BDEGP$ aequari 2 ☽ $\frown BP$, quoniam recta BP infinite longa quoddam exhibet trapezium infinite longum, quale istud $ID\mu P$.)

Porro ad contrahendam aequationem adhibenda est figurae aequatio, in qua $a^{(\beta+\delta)} = x^\beta y^\delta$. sumendo scilicet β et δ pro exponentibus incognitis. Porro PA vel d potest cogitari ut x. quemadmodum et AI vel $d+e$. contra PG seu $b+c$. item ID seu $b+\dfrac{be}{d}$ possunt sumi pro y. Ergo: $PA^\beta \frown PG^\delta = AI^\beta \frown ID^\delta$. seu $d^{\beta} \frown \llcorner b+c \lrcorner^{\delta} = \llcorner d+e \lrcorner^{\beta} \frown \llcorner b+\dfrac{be}{d} \lrcorner^{\delta}$. Posito iam $\delta = 1$. et $\beta = 2$. erit:

$$d^2b + d^2c = bd^2 + be^2 + 2bde, + bed + \frac{be^3}{d} + 2be^2.$$

Ergo $$\cancel{d^3b} + d^3c = \cancel{bd^3} + 3be^2d + \overset{3}{\cancel{2}}bd^2e + \cancel{bed^2} + be^3 + \cancel{2be^2}d.$$

vel $$d^3c - 3be^2d + 3bd^2e = be^3.\ \text{vel:}\ \frac{d^3c}{3e^2d + 3d^2e + e^3} = b.$$

Quod in aequatione superiori ad $IDEGP$ in locum ipsius b substitui potest. Fiet in exemplo hyperboloeidis $a^3 = xy^2$. fiet inquam:

$$\frac{3d^4ec + \overset{2}{\cancel{5}}e^2d^3c - \cancel{3e^2d^3c} - 3d^4ce - e^3cd^2 + 2d^5c}{12e^2d^2 + 12d^3e + 4e^3} = IDEGP.$$

7 est *(1)* | *(a)* rectam *(b)* ID fieri infinite parvam, et ideo *erg.* | spatium BDEGP aequabitur *(2)* spatium *L* 10 *(1)* Porro PA ⌢ PG seu d ⌢ ⌞b + c seu db + dc = a² = *(2)* Porro *L*

40. DE FUNCTIONIBUS PLAGULAE QUATTUOR.
August 1673

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept mit Zusätzen: LH 35 VIII 3 Bl. 1–8. 4 Bog. 2°. $7\frac{1}{2}$ S. Bl. 2 vor dem Beschreiben unten beschnitten (Abschnitt ca 23,5 cm x 14,0 cm). Geringe Textverluste durch Randschäden (insbesondere Bog. 1), im Wesentlichen an Hand der Sicherheitsverfilmung (April 1967) behoben. Überschriften, Datierung, Bogennummerierung sowie Gesamttitel sukzessive ergänzt. Textfolge: Bl. 1 r° (Haupttext), Bl. 1 v° oben (bis S. 662 Z. 7), Bl. 1 r° (Randtext), Bl. 2 v°, Bl. 1 v° unten (ab S. 666 Z. 12), Bl. 2 r° sowie zwei Zusätze auf Bl. 1 v° in Zusammenhang mit dem zweiten Beispiel (S. 660 Z. 19 – S. 661 Z. 5) = N. 40_1; Bl. 3 und 4 = N. 40_2; Bl. 7 und 8 = N. 40_3; Bl. 5 und 6 = N. 40_4. (Reihenfolge von Teil 3 und 4 durch Kustode gesichert.)
Cc 2, Nr. 575

1673. August.

M e t h o d u s t a n g e n t i u m i n v e r s a seu D e f u n c t i o n i b u s.

De locis locorum inveniendis, seu de applicatis loci cuiusdam dati functionem in alio loco, qui quaeritur, facientibus.
Seu de inveniendo loco, in quo applicatae loci dati, faciunt functionem propositam.
Est haec methodus methodo tangentium opposita.

---

14 I n p a r t e 2^{da} e s t m i r a b i l i s o b s e r v a t i o d e e x p r e s s i o n i b u s, t a n g e n t i u m p e r i n f i n i t a s r e p l i c a t i o n e s, i t e m p a r t e [3^{tia}].

22 4^{ta} *L ändert Hrsg.*

---

14 Eine ausführliche Behandlung des Inhalts gibt D. Mahnke, *Neue Einblicke*, 1926, S. 43–59.

40_1. PLAGULA PRIMA

P a r s   p r i m a

Methodus nova investigandi tangentes linearum curvarum
ex datis applicatis, vel contra applicatas ex datis
productis, reductis, tangentibus,
perpendicularibus, secantibus.

Esto figura curvilinea $ABCDA$ in qua relatio applicatae ED ad abscissam AE aequatione quadam nobis cognita explicatur: id enim utique necesse est, si modo figurae natura nobis nota est. Quod si figura geometrica non est, ut cycloeis, nil refert tamen, tractabitur enim ad geometricae exemplum fingendo rectarum cum curvis ex quibus factae sunt notam nobis esse comparationem; nec ideo minus tangens sive geometrica sive ageometrica ducetur, prout figura natura patitur.

Intelligatur abscissa AE dividi in partes aequales infinitas, quales sunt EF. FG. easque proinde infinite parvas, constat figuram intelligi posse compositam ex infinitis trapeziis quales sunt $EFHD$ et $FGKH$. Et curva ADC intelligi poterit constare ex infinitis lineis rectis velut lateribus, quae scilicet portiones sint tangentium, duas applicatas proximas (seu distantia infinite parva a se invicem remotas) iungentium; qualis recta est HD. portio tangentis MD. per puncta H. D extrema applicatarum FH et ED intervallo infinite parvo $\underline{EF}$ distantium, transeuntis; qualis item est KH. portio tangentis NH. per K et H extrema puncta applicatarum sibi proximarum GK. FH transeuntis.

Iam manifestum est triangula HID et MED. vel KLH et NFH. esse similia, ergo $\dfrac{ME}{ED} = \dfrac{HI}{ID}$. Iam $ID = ED - FH$. Ergo $ME = \dfrac{HI \frown ED}{ED - FH}$. Inventa autem ME, inventa est tangens, cum non nisi rectam MD duci opus sit, ex puncto M invento, ad punctum D datum.

Rem exemplo comprobemus, ut appareat an ad usum transferri possit.

2 P a r s   p r i m a *erg. L*   12 f. patitur. *(1)* Intelligatur figura ex infinitis parallelogrammis | aeque altis *erg.* | constare, et curva ex infinitis | numero *erg.* | rectis infinite parvis, quorum parallelogrammorum unum intelligatur esse EFGH. Eritque recta EF. vel GH. infinite parva, eademque erit infinitesima rectae AE. abscissae. Cum autem parallelogram *(2)* Intelligatur *L*   14 f. infinitis *(1)* parallelogrammis *(2)* trapeziis *L*



[*Fig. 1*]

Esto infinite parva $EF = b$. recta $AE = \xi b = x$. ipso ξ exprimente numerum infinitum portiuncularum b. Figura autem intelligatur esse parabola, in qua applicata est $\sqrt{ax}$ (a posito latere recto, et x abscissa). Erit $\sqrt{\xi ba} = ED$. et quia AF. abscissa applicatae FH. est $\xi b - b$. erit $FH = \sqrt{\llcorner \xi ba - ba \lrcorner}$ et $ID = ED - FH$. erit $\sqrt{\xi ba} - \sqrt{\llcorner \xi ba - ba \lrcorner}$. Et ME erit $= \dfrac{\sqrt{_q}\ \xi ba}{\sqrt{\xi ba} - \sqrt{\xi ba - ba}}$.

Porro ratio ipsius a ad x seu ξb data est, ea intelligatur esse $\dfrac{1}{\beta}$ fiet

$$ME = \frac{\sqrt{_q\ \xi b^3 \frac{\xi b}{\cancel{\beta}}}}{\sqrt{\xi b \frac{\xi b}{\cancel{\beta}}} - \sqrt{\xi b \frac{\xi b}{\cancel{\beta}} - \frac{b^2 \xi}{\cancel{\beta}}}} \qquad \frac{\xi b^2}{\xi b - \sqrt{\xi^2 b^2 - b^2 \xi}} \qquad \frac{b^2}{b - \sqrt{b^2 - \frac{b^2}{\xi}}}$$

$$ME\xi b - \sqrt{\xi^2 b^2 ME^2 - b^2 \xi ME^2} = \xi b^2.$$

Ergo $\underbrace{ME^2 \xi^2 b^2 + \xi^2 b^2 ME^2} - b^2 \xi ME^2 - 2\sqrt{\xi^4 b^4 ME^4 - b^4 \xi^3 ME^4} = \xi^2 b^4$.

$$2ME^2 \xi^2 b^2 \qquad - b^2 \xi ME^2 - \xi^2 b^4 = 2\sqrt{} \ .$$

Ergo cum $b^2 \xi ME^2 - \xi^2 b^4$ tuto negligi, velut infinities minora quam $2ME^2 \xi^2 b^2$. fiet:

$$4ME^4 \xi^4 b^4 = 2, \frown \xi^4 b^4 ME^4 - b^4 \xi^3 ME^4.$$

Male[,] ergo $\xi^2 b^4$, etc. reici non debuerant, quanquam caeteris infinities minora, quadremus, qualia sunt, fiet:

$$\overset{2}{\cancel{4}} ME^4 \xi^4 b^4 - \overset{2}{\cancel{4}} ME^4 \xi^3 b^4 - 4ME^2 \xi^4 b^6 + b^4 \xi^2 ME^4 + 2b^6 \xi^3 ME^2 + \xi^4 b^8$$
$$= \cancel{2\xi^4 b^4 ME^4} - \cancel{2b^4 \xi^3 ME^4} \qquad 0.$$

Ponatur $ME = \delta \xi b$. fiet:
$2b^8 \xi^8 \delta^4 - 2b^8 \xi^7 \delta^4 - 4b^8 \xi^6 \delta^2 + b^8 \xi^6 \delta^4 + 2b^8 \xi^5 \delta^2 + \xi^4 b^8 = 0.$

8 *(1)* Ponatur ME $= \llcorner \sqrt{_q} \delta \lrcorner\ \xi$b. Ergo *(a)* ME$\xi^2$b^2 – EM *(b)* $\sqrt{\delta}, \frown \xi^2$b^2 – $\sqrt{}$ *(aa)* dξ^3b^3 – dξ^2b^3 = ξb^2. Ergo $\delta\xi^4$b^4 – d *(bb)* $\delta\xi^3$b^3 – $\delta\xi^2$b^3 = ξb^2. *(2)* MEξb *L*

---

12 Auf der rechten Seite müsste konsequent statt des Faktors 2 vielmehr der Faktor 4 stehen. Bei der nachfolgenden Korrektur bleibt dieser Fehler stehen; er beeinträchtigt die Rechnungen bis S. 660 Z. 2 und ist die Ursache für Leibniz' anschließende Bemerkung.

Nota b non est numerus, sed linea. ξ est numerus infinitus. δ est numerus finitus quaesitus. $2b^8\xi^8\delta^4 + b^8\xi^6\delta^4 + 2b^8\xi^5\delta^2 + \xi^4 b^8 = 2b^8\xi^7\delta^4 + 4b^8\xi^6\delta^2$.
Sed non video quomodo hinc veniatur ad solutionem. Imo videtur esse haec aequatio impossibilis, examinanda ergo omnia denuo.

Breviter res eo redit: Recta ED, applicata, divisa per ID, differentiam ab ipsamet et applicata praecedente, dat rectam ME.

$$\frac{\sqrt{a\xi b}}{\sqrt{a\xi b} - \sqrt{\llcorner a\xi b - ab \lrcorner}} = ME.$$

$$\begin{array}{llcll} \text{Ergo} & \sqrt{\cancel{a}\xi b} & = & ME \frown \sqrt{\cancel{a}\xi b} & - \; ME\sqrt{\llcorner \cancel{a}\xi b - \cancel{a}b \lrcorner}. \\ & & -1 & & = \\ & & & ME \frown \sqrt{\xi b} - \sqrt{\xi b} & = \; ME \frown \sqrt{\llcorner \xi b - b \lrcorner}. \end{array}$$

Ergo $\cancel{ME^2\xi b} + \xi b - 2ME\xi b = \cancel{ME^2\xi b} - ME^2 b$.
$2ME\xi b - \xi b = ME^2 b$. Ergo $2ME\xi b - \xi b = ME^2$. seu omittendo ξb et quoniam $AE = \xi b$. erit $2ME \frown AE = ME^2$. Ergo $2AE = ME$. quod erat demonstrandum. Idemque in parabola verissimum esse aliunde notum est.

Hinc intelligi potest puncta in geometricis esse velut numeros, dividere rectam per rectam infinite parvam esse aliquo numero multiplicare aut dividere.

Hinc apparet quam difficile futurum sit ex dato AM et AE invenire ED, ⟨–⟩ enim nec ED sumi possunt, nec satis patet an sufficiat sumere bina AM.

$$\frac{\dfrac{\cancel{a^2} \quad 1}{\sqrt{\llcorner 2ax - x^2 \lrcorner}}}{\dfrac{\cancel{a^2} \quad 1}{\odot\ \sqrt{\llcorner 2ax - x^2 \lrcorner}} - \dfrac{\cancel{a^2} \quad 1}{☽\ \sqrt{\llcorner 2ax - \cancel{2ab} - x^2 - \cancel{b^2} + \cancel{2xb} \lrcorner}}} = ME.$$

19 $x - b, \square = x^2 + b^2 - 2xb$.

15–18 Hinc intelligi ... sumere bina AM. *erg. L*

19 Zur Vernachlässigung der mit b behafteten Glieder, s. u. S. 661 Z. 6 ff.

Ergo $\dfrac{1}{\text{☿}\sqrt{2ax-x^2}} = \dfrac{ME}{\odot} - \dfrac{ME}{\text{☽}}$. Ergo $1 = \dfrac{ME\frown\text{☿}}{\odot} - \dfrac{ME\frown\text{☿}}{\text{☽}}$.

$\text{☿} = \odot$. Ergo $\dfrac{ME\frown\text{☿}\frown\cancel{\odot} - ME\frown\cancel{\text{☿}}\frown\text{☽}}{\cancel{\odot}\frown\text{☽}} = 1$. Ergo $ME\frown\odot - ME\frown\text{☽} = \text{☽}$. Ergo $ME\frown\sqrt{2ax-x^2} = \text{☽} + ME\frown\text{☽}$. Ergo $ME^2\frown\odot^2 = \text{☽}^2 + ME^2\,\text{☽}^2 + 2\,\text{☽}^2 ME$. Ergo $ME^2\frown\odot^2 - \text{☽}^2 - ME^2\,\text{☽}^2 = 2\,\text{☽}^2 ME$. Ergo $+ME^4\odot^4 - 2\odot^2 ME^2\,\text{☽}^2 - 2ME^4\odot^2\,\text{☽}^2 + \text{☽}^4 + 2\,\text{☽}^4 ME^2 + ME^4\,\text{☽}^4 = 2\,\text{☽}^2 ME, \square$.

Non est tutum ipsius infinite parvi b multiplos ab initio reicere, aliaque fieri enim potest, ut eorum cum aliis compensatione, in alium plane statum veniat aequatio. Illud tamen utiliter a Wallisio, quem in eadem incidisse video, admonitum est omnes terminos in quibus habetur b^2 posse reici[,] item eos qui neque b habent, neque in b ducentur, quippe aequales utrinque prodituri.

1 f. $\dfrac{\mathrm{ME}\frown\text{☿}}{\text{☽}}$. *(1)* $\dfrac{\mathrm{ME}\frown\text{☿}\frown\odot - \mathrm{ME}\frown\text{☿}\frown\text{☽}}{\odot\frown\text{☽}} = 1$. Ergo $\mathrm{ME}\frown\text{☿}\frown\odot - \mathrm{ME}\frown\text{☿}\frown\text{☽} = \odot\frown\text{☽}$. Ergo $\mathrm{ME} = \dfrac{\odot\frown\text{☽}}{\text{☿}\frown\odot - \text{☿}\frown\text{☽}}$. Iam $\text{☿} = \odot$. ergo: *(a)* $\mathrm{ME} = \dfrac{\odot\frown\text{☽}}{\odot^2 - \odot\frown\text{☽}}$.

Nebenrechnung:

$$\begin{array}{rrrrrrrrrrl}
\odot\frown\text{☽} = & 2ax & - & 2ab & - & x^2 & - & b^2 & + & 2xb & \\
 & & & & & & & 2ax & - & x^2 & (2ax-x^2 \\
\hline
 & -\ 2ax^3 & + & 2abx^2 & + & x^4 & + & x^2b^2 & - & 2x^3b & \\
 & -\ 2ax^3 & - & 4a^2xb & + & 4a^2x^2 & - & 2ab^2 & + & 4ax^2b &
\end{array}$$

$\sqrt{\ } + x^4 + 4x^2a^2 - 4ax^3 \boxed{-2x^3 + 6ax^2 - 4a^2x + x^2 - 2a} = \odot\frown\text{☽}$.

$2ax - x^2 = \odot^2$.

Ergo $\mathrm{ME} = \dfrac{\sqrt{x^4 + 4x^2a^2 - 4ax^3}}{2ax - x^2 - \sqrt{x^4 + 4x^2a^2 - 4ax^3}} = \mathrm{ME} = \dfrac{\sqrt{x^2 + 4a^2 - 4ax}}{2ax - x - \sqrt{x^2 + 4a^2 - 4ax}}$. seu $\mathrm{ME} = \dfrac{x - 2a}{\ }$ *(b)* $\mathrm{ME} = \dfrac{\odot\frown\text{☽}}{\odot^2 - \odot\frown\text{☽}}$. Ergo $\dfrac{1}{\mathrm{ME}} = \dfrac{\odot^2 - \odot\frown\text{☽}}{\odot\frown\text{☽}}$. Ergo $\dfrac{1}{\mathrm{ME}} = \dfrac{\odot}{\text{☽}} - 1$. *(2)* $\text{☿} = \odot$. *L*

3 $\mathrm{ME}\frown\text{☽}$. Ergo *(1)* $\cancel{\mathrm{ME}^2 2ax} - \cancel{\mathrm{ME}^2x^2} = 2ax - 2ab - x^2 - b^2 + 2xb + \cancel{2\mathrm{ME}^2ax} - 2\mathrm{ME}^2ab - \cancel{\mathrm{ME}^2x^2} - \mathrm{ME}^2b^2 + 2\mathrm{EM}^2xb$. Ergo $2ax - 2ab - x^2 - b^2 + 2xb - 2\mathrm{ME}^2ab - \mathrm{ME}^2b^2 + 2\mathrm{EM}^2xb = 0$. *(2)* $\mathrm{ME}^2\frown\odot^2$ *L*   9 qui neque *(1)* a *(2)* b habent *L*

2 Ergo ... = 1.: Auf der linken Seite der Gleichung müsste das Vorzeichen vertauscht werden. Leibniz rechnet mit dem Fehler konsequent weiter.   8 a Wallisio: *Epitome binae methodi tangentium.* In: *Philosophical Transactions* VII Nr. 81 vom 25. März/4. April 1672, S. 4011. Leibniz paraphrasiert, s. insbesondere Z. 9 (Variante) und S. 662 Z. 8, wo Leibniz die Wallis'sche infinitesimale Einheit a nennt.

Breviter: Wallisius alia licet via, aliisque ratiocinandi loquendique modis, in eandem ante me methodum incidit. Etsi ego id minime observassem, donec non constituissem tantum, sed et iam in parabola confirmassem, et video parabolae exemplo et Wallisium usum, quippe admodum expedito.

Sed magna iam quaestio est an hac methodo datis intervallis tangentium aut perpendicularium ab applicata in altitudine sumtis, inveniri possint applicatae. Hic puto assumi debere duo intervalla pro una applicata, ut antea duae applicatae pro una tangente.

$\langle$Iam$\rangle$ $\dfrac{a}{b}$ [=] $\dfrac{NF}{KL=1} = \dfrac{FH}{LH}$. $\dfrac{ME}{HI=b=1} = \dfrac{FH+ID}{ID} = \dfrac{FH}{ID} + \dfrac{ID}{ID}$ (= 1).
$ME \frown ID = FH\ (+ID)$. $NF \frown LH = FH$. Ergo $ME \frown ID(+ID) =\ NF \frown LH$.
Ergo $\dfrac{ME}{NF} = \dfrac{LH}{ID}$. Inventa ergo est ratio LH ad ID.
Ergo et ID ad $IP = ID$ ad $LH = ME$: ad NF :
Ergo data applicata una GK, aliaque $FL + LH$. dabitur tertia $ED = GK + LH + ID$.

Porro DQ dabitur absolute, quam $\dfrac{DQ}{HI} = \dfrac{DP}{IP}$. cognitis, datur iam HI. quippe 1, ergo datur $DQ = \dfrac{DP}{IP}$. Iam $\dfrac{MN}{QD} = \dfrac{MH}{HD} = \dfrac{ME}{HD} = \dfrac{ED}{ID}$ cognita. $\dfrac{ED}{ID} = \dfrac{ME}{HI} = ME$. nota est, item $\dfrac{FH}{LH} = NF$. Ergo nota $\dfrac{\frac{ED}{ID}}{\frac{FH}{LH}}$ seu $\dfrac{ED \frown LH}{FH \frown ID} = \dfrac{ME}{NF}$. Quae dividantur per

---

10 *Dazu:* male

14 *Unter dem zweiten* $\dfrac{ED}{ID}$: $\left(\dfrac{ED}{ID} = ME\right)$

8 = *erg. Hrsg.* 8 = $\frac{\mathrm{FH}}{\mathrm{ID}} + \frac{\mathrm{ID}}{\mathrm{ID}}$ (= 1) *erg. L* 9 (+ID) *zweimal erg. L*

8–663,7 Die folgende Betrachtung enthält mehrere Fehler bzw. Verschreibungen. Den Hauptfehler nennt Leibniz selbst; er versucht zunächst zu verbessern, begnügt sich dann aber mit bloßen Vermerken.

11 ME: bedeutet hier $\frac{1}{ME}$.

notum $\frac{LH}{ID}$. fiet nota tandem ratio $\frac{ED}{FH} = \frac{ME}{NF}$. ac proinde constructio applicatarum, ex data ratione p r o d u c t a r u m.

Ut rectam EM productam, ita rectam ER r e d u c t a m appellare possis, rectam RM secantem, RD radium, EB sinum complementi.

Hac methodo inverso modo investigare queas tangentem, datis applicatis, in quibus nota primum $\frac{ED}{FH}$. et $\frac{ED}{ID}$. et $\frac{FH}{LH}$. Ergo et $\frac{LH}{ID} = \frac{ME}{NF}$.

Eodem modo ex datis ER caetera investigabuntur.

⊙ Vera methodus ex data producta inveniendi applicatam.

Sit curva LD, cuius s i n u s (id est ordinata normalis) SL, abscissa AS, tangens TL, triangulum characteristicum GWL. Sique fiat ut ST ad SL, vel GW ad WL, ita recta quaedam constans alterius cuiusdam figurae eiusdem axis sinum respondentem

2 f. dubitem. *(1)* Stevinus *(2)* Vieta *(a)* numerosam aequationum omnium resolutionem primus absolvit *(b)* mechanicam aequationum omnium resolutionem absolvit *(c)* numerosam *L* 4 mathematicam *(1)* mechanicam ingenti *(2)* practicam *L* 10 saepe *erg.* *L*

(respondentem inquam[,] id est eiusdem abscissae) SR, portio quaelibet ab altera figura abscissa per sinum eius, aequabitur rectangulo SL in c.

Cuius rei demonstratio haec est perfacilis: $\frac{TS}{SL} = \frac{GW}{WL}$ vel $\frac{g}{w}$ per constructionem; $= \frac{c}{RS = r}$ ex hypothesi, ergo $cw = rg$. Quod rerum harum intelligentibus sufficit ad demonstrationem.

Exemplo utamur, si figura sit parabola erit $ST = 2x$, posita $AS = x$, et $SL = \sqrt{ax}$, erit $\frac{g}{w} = \frac{2x}{\sqrt{ax}} = \frac{c}{r}$. Ergo $r = \frac{c\sqrt{ax}}{2x} = y$, fiet: $2yx = c\sqrt{ax}$, vel $4y^2x^2 = c^2ax$, vel $4y^2x = b^3$. Hyperbola cubica, cuius proinde habetur quadratura. Quare omnium figurarum haberi potest quadratura, quarum sinus sunt ad rectam quandam constantem, ut sunt sinus alterius cuiusdam figurae cognitae ad suam tangentem; seu ratio sinuum trianguli characteristici figurae cognitae.

Contra si complementum parabolae sumatur, cuius applicata Ls, abscissa As, tunc producta st ita habetur: $ax = y^2$, unde $ax = 2yp$, unde fit $\frac{ax}{2y} = p$, vel $\frac{y^2}{2y} = \frac{y}{2}$. Est ergo $As = 2ts$. Sed nec opus erat ista quaeri; sufficit esse sL ad st, ut g ad w, vel $\frac{y^2}{a}$ ad $\frac{y}{2} = \frac{g}{w} = \frac{\cancel{2}x}{\sqrt{ax}} = \frac{\cancel{2}y^2}{ya}$. Ergo $\frac{xay}{y^2\sqrt{ax}} = 1$. Quod est verissimum. Tantum ergo sine novo calculo inverti sufficit superiorem, et duplicem ei valorem accommodari.

12 si *(1)* supplemen *(2)* com *(3)* supplementum *(4)* complementum L

$\dfrac{g}{w} = \dfrac{2r}{\sqrt{ax}} = \dfrac{c}{r}$. Ergo $r = \dfrac{c\sqrt{ax}}{2x}$, unde locus hic: $4x^2y^2 = \underbrace{c^2a}_{b^3}x$, vel locus: $xy^2 = a^3$.

Hyperbola cubica.

$\rule{3cm}{0.4pt} = \dfrac{r}{c}$. Ergo $r = \dfrac{2cx}{\sqrt{ax}}$. Unde locus hic: $y^2ax = 4c^2x^2$, vel locus hic: $y^2 = ax$.

Parabola ipsa.

$- = \dfrac{2y}{a} = \dfrac{c}{r}$. Ergo $r = \dfrac{ca}{2y}$. Unde locus hic: $yx = a^2$. Hyperbola.

$\rule{3cm}{0.4pt} = \dfrac{r}{c}$. Ergo $r = \dfrac{2yc}{a}$, unde locus: $ax = ya$. Triangulum.

Ergo semper duplex tantum locus, $\dfrac{g}{w} = \dfrac{c}{r}$, et $\dfrac{g}{w} = \dfrac{r}{c}$, ita ut semper c sit differentiae abscissarum proportionalis.

Si figura data sit hyperbola, et axis sit asymptotos, aequatio est: $a^2 = yx$. Unde $yl = xy$. Ergo $l = x$, vel $yx = xl$, ergo $l = y$. Ergo $\dfrac{g}{w} = \dfrac{x}{\frac{a^2}{x}} = \dfrac{x^2}{a^2}$. Idemque est etsi y assumas, substituto tantum y in locum x. Hinc duplex sufficit constructio, loco quadruplicis:

$\dfrac{g}{w} = \dfrac{x^2}{a^2} = \dfrac{c}{r}$. Ergo $r = \dfrac{ca^2}{x^2}$. Unde locus: $x^2y = a^3$. Hyperbola cubica.

$- = \dfrac{y^2}{a^2} = \dfrac{r}{c}$. Ergo $r = \dfrac{cx^2}{a^2}$. Unde locus: $ay = x^2$. Parabola.

Si pro axe spatii assumatur ipse hyperbolae axis, aut basis ei perpendicularis, aequatio est (sumta hyperbolae specie in qua latus rectum transverso aequale): $ax + x^2 = y^2$.

---

4 *Zu* Parabola ipsa: Error ut mox dicetur.

5 *Zur linken Seite:* $x = \dfrac{y^2}{a} \times \dfrac{y}{2}$ fiet $\dfrac{2y}{a}$.

Zu Hyperbola: Imo error quoniam si y arithmetice crescit, tunc, r erit applicata hyperbolae, sed ipsae GW quibus applicatur erunt inaequales. Sin y est $= \sqrt{ax}$, fiet $y = \dfrac{a^2}{\sqrt{ax}}$, $y^2 = \dfrac{a^4}{ax}$, et $y^2x = a^3$, ut supra.

6 *Zu* Triangulum, *gestr.:* Error, ut paulo ante.

Sed ut calculi similis repetitionem vitemus, et circulum (vel ellipsin) et hyperbolam simul complectamur, fiet aequatio: $2ax \mp x^2 = y^2$.

Sed antequam huc veniamus, subit animum experiri aliquid quod circa parabolam tentare obliti sumus, aequatio ibi fuit $ax = y^2$. Unde si abscissa est x, seu cum directrix est axis, fit $al = 2y^2$. Ergo $l = \dfrac{2y^2}{a}$, eritque ratio $\dfrac{g}{w}$, vel $\dfrac{l}{y} = \dfrac{al}{2y^2}$, quod fieri potest $= \dfrac{r}{c}$, unde fieret $\dfrac{alc}{2y^2} = r$. Sed inde non potest fieri locus, quia sic una tantum habetur incognitarum in aequatione, nisi ea explicetur. Sed si explicetur incidemus in loca iam exposita. Nihil ergo praetermissum fuit.

Ut ergo ad circulum (vel ellipsin) et hyperbolam nunc pergamus, duplex ineundus valor ipsius p. Primum ex x abscissa, deinde ex y abscissa.

Ex x ita: $2ax \mp x^2 = y^2$, unde fit $2ap \mp 2xp = 2y^2$, vel $p = \dfrac{y^2}{a \mp x} = \dfrac{2ax \mp x^2}{a \mp x}$. Sed si x sit abscissa, fiet: $2ax \mp 2x^2 = 2yp$, vel $p = \dfrac{ax \mp x^2}{y}$. Iam ut pro x substituamus eius valorem, considerandum est, esse $2ax \mp x^2 \mp a^2 = y^2 \mp a^2$, atque ideo $a^2 + x^2 \mp 2ax = a^2 \mp y^2$, ergo $\left.\begin{array}{r} a \mp x = \\ \\ x \mp a = \end{array}\right\} \sqrt{a^2 \mp x^2}$.

14–16 NB. Haec dubitatio alio signo exprimenda.

---

5 eritque: Die anschließende Rechnung ist nicht konsequent durchgeführt, die Schlussfolgerung bleibt davon unberührt.



[*Fig. 6*]

Et si subsistamus intra quadrantem circuli, quia tunc x, sinus versus, nunquam maior fit quam a, radius, possumus tuto dicere: $a \mp x = \sqrt{a^2 \mp y^2}$ et $\mp x = \sqrt{a^2 \mp y^2} - a$, vel $x = \mp \sqrt{a^2 \mp y^2} \mp a$. Ergo $x^2 = + 2a^2 \mp y^2 \boxed{+a^2} - 2a\sqrt{a^2 \mp y^2}$, $x^2 = 2a^2 \mp y^2 - 2a\sqrt{a^2 \mp y^2}$, ergo $p = \dfrac{\mp a\sqrt{a^2 \mp y^2} \mp a^2 + 2a^2 \mp y^2 - 2a\sqrt{a^2 \mp y^2}}{y}$. Ergo iuxta primum ipsius p valorem erit: $\dfrac{g}{w} = \dfrac{2ax \mp x^2}{a \mp x, \frown \sqrt{2ax \mp x^2}} = \dfrac{\sqrt{2ax \mp x^2}}{a \mp x} = \dfrac{c}{r}$. Ergo $\dfrac{ca \mp cx}{\sqrt{2ax \mp x^2}} = r = y$. Unde locus talis: $2y^2ax \mp y^2x^2 = c^2a^2 + c^2x^2 \mp 2c^2ax$. Ergo $y^2 = \dfrac{c^2a^2 + c^2x^2 \mp 2cax}{2ax \mp x^2}$, vel $y = \dfrac{a - x, \frown c}{\text{sinus} \begin{cases} \text{circuli} \\ \text{hyperbolae} \end{cases}}$.

Positoque $c = a$, et aequalitate resoluta in proportionem, fiet $\dfrac{y}{a} = \dfrac{a - x \text{ sinus compl.}}{\text{sin. rect.}}$, seu in circulo, figura proxime adiecta, $\dfrac{CD = r}{BC = a} = \dfrac{AB = a - x}{AC = \text{sin. rect.}}$. Quod est verissimum, et exhibet nobis quadraturam tangentium complementi.

1 [*Fig. 6*]: Die Figur hat Leibniz an einer freien Stelle des Randes ergänzt; sie ist mittels eines Verbindungsstriches mit dem Wort figura in Z. 10 verbunden.

$\dfrac{y}{p}\quad \dfrac{\sqrt{2ax \mp x^2}}{} \frown \dfrac{a \mp x}{2ax \mp x^2}$ fiet $\dfrac{a \mp x}{\sqrt{2ax \mp x^2}}$. Unde patet quod hic dicitur idem esse, quod differentias invenire applicatarum, divisa qualibet per eius tangentem productoque per rectam constantem c vel a multiplicato.

Iuxta posteriorem valorem ipsius p erit in circulo

$$\frac{g}{w} = \frac{\mp ay\sqrt{a^2 \mp y^2} \mp a^2y}{3a^2 - y^2 - 3a\sqrt{a^2 \mp y^2}} = r$$

cuius figurae habetur quadratura hoc modo, sed ipsius r constructio investiganda.

1–3 $\frac{\mathrm{y}}{\mathrm{p}}$ ... multiplicato. *erg. L*

4 erit in circulo: Bei der Berechnung von r fasst Leibniz die Doppelvorzeichen nicht richtig zusammen; außerdem hat er nicht völlig zu Ende gerechnet. Richtig sollte es heißen: $r = \dfrac{a^2y - ay\sqrt{a^2 - y^2}}{y^2 - a^2 + a\sqrt{a^2 - y^2}}$.

40_4. PLAGULA QUARTA

August. 1673

Pars [quarta]

M e t h o d i   t a n g e n t i u m   i n v e r s a e   s e u   d e   f u n c t i o n i b u s

Si sit figura $\dfrac{a^3}{a^2+y^2} = x$, fiet $a^3 = a^2x + y^2x$, unde fiet ad p habendam assumta primum x abscissa: $-2y^2x = a^2p + y^2p$, et $p = \dfrac{2y^2x}{a^2+y^2}$, et quia $y^2 = \sqrt{\dfrac{a^3-a^2x}{x}}$, fiet $\dfrac{2xa\sqrt{ax-x^2}}{a^2 + a\sqrt{\dfrac{a^3-a^2x}{x}}} = p$, et quia $\dfrac{g}{w} = \dfrac{p}{y}$, $\dfrac{g}{w} = \dfrac{2ax\sqrt{ax-x^2}}{a^2\sqrt{\dfrac{a^3x-a^2x}{x}} + a \frown \dfrac{a^3x-a^2x}{x}} = \dfrac{c}{r}$, et erit $r = c\cancel{a} \frown \dfrac{a\sqrt{\dfrac{a^3-a^2x}{x}} + \dfrac{a^3-a^2x}{x}}{2\cancel{a}x\sqrt{ax-x^2}} = \dfrac{ca\sqrt{\dfrac{a^3-a^2x}{x}} + \dfrac{ca^3-ca^2x}{x}}{2x\sqrt{ax-x^2}}$, vel

$r = y \; = \dfrac{a^2\sqrt{\dfrac{a^3-a^2x}{x}} + \dfrac{a^4-a^3x}{x}}{2x\sqrt{ax-x^2}}$, vel

3 tertia *L ändert Hrsg.* 6 $\frac{2y^2x}{a^2+y^2}$, | quod est memorabile, unde posi *gestr.* | et *L* 7 f. $\frac{c}{r}$, *(1)* vel multiplicata functione per x, r = $ca^3\sqrt{ax-x^2} + ca^2 \frown \llcorner a - x$ *(2)* et erit *L*

5–700,9 In direkter Fortsetzung von Teil 3 versucht Leibniz weitere Beispiele zu behandeln, kommt aber aufgrund von Rechenfehlern sowie unklarer Bezeichnungsweise kaum zu schlüssigen Ergebnissen.

$$y^2 = \frac{a^4 \frown \dfrac{a^3 - a^2x}{x} + \dfrac{a^8 + a^6x^2 - 2a^7x}{x^2} \;\Big|\; + \;\; 2a^2\sqrt{\dfrac{a^3 - a^2x}{x}} \frown \dfrac{a^4 - a^3x}{x}}{\boxed{4x^2 \frown \llcorner ax - x^2 \lrcorner} \;\Big|\; \boxed{4x^2 \frown \llcorner ax - x^2 \lrcorner}}$$

$$4x^2y^2ax - 4x^4y^2$$

$$- \;\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots\ldots =$$

$$\frac{a^3}{a^2 + y^2} = x. \text{ Ergo } \frac{\dfrac{a^6}{a^4 + y^4 + 2a^2y^2} = x^2}{\dfrac{2y^2x}{a^2 + y^2} = p} = \frac{\dfrac{a^6}{a^2 + y^2}}{2y^2x = \dfrac{2y^2 \frown a^3}{a^2 + y^2}} = \frac{a^6}{2y^2a^3} = \frac{a^3}{2y^2}.$$

$\dfrac{a^3}{y^2} = x$. Ergo $a^3 = y^2x$. Unde si fiat: $\cancel{y^2}x = 2ylx = y^2x$, fiet $2l = x$, vel $l = \dfrac{x}{2} = p$.

Iam $\dfrac{y^2}{\frac{x}{2}} = \dfrac{2a^3}{x^2}$. Unde res sequitur memorabilis in hyperboloeide cubica reductas esse figuras homogeneas. Quod me credere facit, peculiarem aliquem huius figurae usum esse.

---

8 *Dazu am Rande:* $\dfrac{a\sqrt{\dfrac{a^3}{x}}}{\dfrac{x}{2}} = y, \quad \dfrac{4a^5}{x^3} = y^2.$

$\dfrac{a^4}{y^3} = x$. Ergo $a^4 = y^3x$, unde si fiat $\cancel{y^3}x = 3y^2lx = y^3x$, et $p = \dfrac{x}{3}$. Iam $y = \sqrt{③}\ \dfrac{a^4}{x}$, et $\dfrac{y^2}{p} = \dfrac{\sqrt{③}\ \dfrac{a^8}{x^2}}{\dfrac{x}{2}} = e = 2\sqrt{③}\ \dfrac{a^8}{x^5}$, vel $e^3 = \dfrac{a^8}{x^5}$, unde locus $y^3x^5 = a^8$.

Paraboloeis: $a^2x = y^3$. Ergo $a^2p = 3y^3 = 3a^2x$, ergo $p = 3x$. $y = \sqrt{③}\ a^2x$, et $\dfrac{y^2}{p} = \dfrac{\sqrt{③}\ a^4x^2}{3x} = e$. Ergo $\sqrt{③}\ a^4x^2 = 3ex$, et $a^4x^2 = 27e^3x^3$, fietque locus: $a^4 = y^3x$.

$ax^2 - x^3 = y^3$, est momentum [quadratorum] sinuum circuli, ex vertice. $2axp - 3x^2p = 3y^3$. Ergo $p = \dfrac{3y^3}{2ax - 3x^2} = \dfrac{3ax^2 - 3x^3}{2ax - 3x^2} = \dfrac{3ax - 3x^2}{2a - 3x}$, hoc dividatur $y = \dfrac{\sqrt{③}\ ax^2 - x^3 \frown 2a - 3x}{3ax - 3x^2} = \dfrac{ax^2 - x^3 \frown 8a^3 - 36a^2x + 54ax^2 - 27x^3}{}$ [*bricht ab*]

$\dfrac{a^2}{\sqrt{ax}} = y$, fiet $a^2 = y\sqrt{ax}$, et $a^4 = y^2ax$, et $a^3 = y^2x$.

---

1 *Dazu am Rande:* $\dfrac{ay}{p} = \dfrac{a\sqrt{③}\dfrac{a^4}{x}}{\dfrac{x}{2}} = y, \quad 2a\ \sqrt{③}\dfrac{a^4}{x} = yx$. Ergo $\dfrac{8a^{\cancel{5}\,7}}{\cancel{x}} = y^3x^{2\,\cancel{3}}$. [*sic!*]

8

$$\begin{array}{l}
2a \quad - \quad 3x \\
2a \quad - \quad 3x \\
\hline
4a^2 + 9x^2 - 12ax \\
\qquad 2a - 3x \\
\hline
\qquad\qquad 36 \\
8a^3 + 18x^2a - \cancel{24}a^2x - \cancel{12a^2x} - 27x^3 + 36ax^2
\end{array}$$

1 $\cancel{y^3}$x = *(1)* $2y^2lx = y^3x$, et $p = \frac{x}{2}$ *(2)* $3y^2lx$ *L* 6 quadratorum *erg. Hrsg.*

Aequatio curvae quam Cartesius post conicas simplicissimam putat, lib. 2 pag. 37. haec affertur:

$$y^3 - 2ay^2 - a^2y + 2a^3 = axy. \quad \text{vel} \quad x = \frac{y^2}{a} - 2y - a + \frac{2a^2}{y}.$$

Sed si hoc est, tantum nascetur ex [compositione] in unum quatuor aliarum linearum, ordinatae rectanguli, ordinatae trianguli, ordinatae parabolae, et ordinatae hyperbolae. Ita conchoeis ex ordinata circuli et hyperbolae ad asymptoton, componitur.

Ait Cartesius lineas altiorum graduum potius a mechanica quam geometria fore repudiandas, ob difficilem earum descriptionem. Id nimis verum est: etsi enim excellens sit earum contemplatio ob pulchritudinem admirandae rerum harmoniae, fatendum est tamen usum mechanicum non respondere. Quare illud utile futurum est, modum investigare quo linea quaelibet altior, ex ordinatis inferiorum composita intelligi possit. Sed quoniam descriptiones eiusmodi non fierent nisi per puncta, cogitavi an non vocata in subsidium optica, descriptae separatim inter se iungi possint. Idque duabus datis facile fieri potest, si oblique aspiciantur, ut non possit agnosci inter eas intervallum. Atque ita etiam in chartam aliam oblique reflecti possunt, *où ils passent pour chefs, à present, comme les cadets dans un pays estranger ne brisent plus leurs armes*. Et ita iam transferri possunt in situm perpendicularem, prout inspiciuntur. Et his rursus alia addi figura. Ita ut optice sine ullo motu, nec per puncta describi possint.

Statica mea, novae scilicet librae genere adhibito, figura data quaelibet secari potest in quavis ratione data. Unde sequitur, descripta figura angulorum, posse ope huius instrumenti angulum secari in quavis ratione data: non per puncta nec arithmetice; sed geometrice, ita ut etiam exhiberi possint huius instrumenti ope partes irrationales inter se.

4 comparatione *L ändert Hrsg.* 10 est, *(1)* | efficere *streicht Hrsg.* |, ut l *(2)* modum *L*

1 Cartesius: *Geometria*, *DGS* I S. 37 f. 7 Ait Cartesius: s. insbesondere den Beginn des 2. Buches der *Géométrie*, *a. a. O.* S. 17.



[*Fig. 1*]

Eadem methodo iam facile habentur quotcunque mediae proportionales. Sed quod attinet medias proportionales quotcunque, idem rectius fieri potest figura logarithmorum sive harmonica, id est hyperbola vera, ut angulorum sectio, falsa. Ita quoniam, ut ex inventis a Gregorio a S. Vincentio constat, $CDef$ sunt ut logarithmi arithmetice proportionalium CE. Sumta ergo portione eiusmodi spatii hyperbolici $CDEF$, statim per staticam in ea exhiberi potest constructio logarithmorum geometrica; sectioque rationis, et inventio quotcunque mediarum proportionalium.

Potest ergo in eiusdem tabulae orichalcinae una facie describi figura angulorum, seu hyperbola falsa, et in altera figura logarithmorum sive hyperbola vera. Si maior sit tabula plures aliae figurae utiles inscribi possent, quod usum haberet ad plura problemata simul solvenda. Solutio autem plurium problematum simul, usum haberet admirabilem, ad solvenda quaedam problemata, quae alioquin superare videntur vires humanas, neque redigi posse in aequationem. Imo si non realiter at saltem optice plures simul figurae delineari possent in eadem tabula, si aliquid illuminans, simul descenderet, figuramque in ea describens. Ita plura simul solvi possent problemata in illa.

Archimedes videtur staticae usum introduxisse in geometriam, non tantum ob contemplationem centrorum gravitatis, atque inde manantes solidorum ac superficierum revolutione genitorum mensuras; sed et quod eius ope problemata infinita solvi posse viderentur sine calculo: exempli causa, manifestum est aream cuiuslibet figurae haberi posse, si prisma habeatur ei aequiponderans; neque opus est, ut alias foret, figuram datam in

21 si *(1)* cylinder *(2)* prisma *L*

4 f. ex inventis a Gregorio: *Opus geometricum*, 1647, S. 594–597. Auf diese Stelle spielt Leibniz S. 703 Z. 30 noch einmal an.

massam quandam informem atque inde in prisma vel cubum redigere, ut eius amplitudo habeatur. Cum ope ponderum duplicata quodammodo, ac bis habeatur diversarum figurarum; quarum statim datur comparatio.

Sed maximae difficultates in praxi obiectae sunt; primum quod ponderare corpora incommodum, quoties magna sunt; deinde quod ponderatis etiam corporibus, exacta non potest haberi mensura; sed velut cum figurae per puncta describuntur; intervalla negliguntur; quaeriturque additis ablatisque ponderibus donec attingatur vera; quod si more Archimedis immergere corpora liquori, atque ita liquorem ponderare velis; patet cum multis esse difficultatibus conflictandum. Denique ad corpora non nisi homogenea ponderanda adhiberi statica potest. Ac quod duas attinet primam ac postremam, eas nec a me sublatas fateor, nec a quoquam tolli posse arbitror.

Sed et ideo staticae geometricae usum esse quoque debere arbitror; non ad quarumlibet figurarum datarum areas metiendas, cum plerumque neque ponderari possint, neque sint homogeneae; verum ad metiendas atque dividendas figuras quasdam in corporibus quibusdam ad eam rem commodis, a nobis pro arbitrio assumtis, quae deinde pro instrumentis servire possint.

Atque si his limitibus vota nostra includantur, superest tantum media incommoditas; quae vero ope bilancis meae autometrae [superatur], quae sibi ipsi aequipondium definit. Ita ergo instrumenta duo statim elaborari possunt, quorum ope possint anguli ac ratio in data ratione secari, at pro aliis figuris innumeris modulus velut quidam constitui, unde eas proportionaliter dimetiamur. Cum proportionalis ista divisio postea ope opticae fieri possit. Sed etsi figura data non sit modulo similis, modo sit eiusdem speciei, alius praesto est plerumque calculus, quo ad eum redigatur, ut in circulo, et ellipsi, hyperbola circulari et alia quavis.

Quod attinet duo illa instrumenta, quibus anguli ac ratio secentur, fateor utrumque etiam sine statica ope chordarum flexibilium absolvi posse. Nimirum si arcus circuli et arcus parabolae in rectas extendantur. Etsi quoad arcum parabolae res paulo sit difficilior, quoniam is non quadrilineo hyperbolico, sed ipsi hyperbolae proportionalis est.

Quoniam tamen elegantissima visa est demonstratio figurarum geometricarum quarum altera a Gregorio a S. Vincentio, altera a me inventa est, quarum illa rationi, haec angulo syntomos est; dignissimas putavi quae afferrentur.

1 in *(1)* quadratum redigere; ut eius area *(2)* prisma *L* 14 quasdam *(1)* in eam rem commodas, a nobis pro arbitrio assumtas *(2)* in *L* 18 superatur *erg. Hrsg.*

Porro data qualibet figura fieri potest figura segmentorum, item figura arcuum, cuius ope tum segmenta eius tum curvae in data ratione secari possint.

Nota: tabulas eiusmodi aquae immergendas posse ex ligno esse, orichalco obducto.



[*Fig. 2*]

Duae quaestiones: una de invenienda descriptione curvae ex eius elementis, altera de invenienda figura ex datis differentiis, altera redigi potest in eandem.

Quoniam semper elementum curvae GL intelligi potest $Rq.$ ex $GW^2 + WL^2$ vel $l = \sqrt{g^2 + w^2}$, et quia g^2 semper eadem, tunc fiet $l = \sqrt{\alpha^2 + w^2}$.

Data ergo v. g. $\dfrac{a}{x} = w$. fiet: $\sqrt{\alpha^2 + \dfrac{a^2}{x^2}} = GL$ vel l. eaque aequatio progressionem ipsorum GL exprimet. Potest et posita $\alpha = 1$. exprimi $\sqrt{1 + \dfrac{a^2}{x^2}}$. Sed et a significare potest 1. Sed et a posito $= 1$. erit $\alpha = \dfrac{a}{a}$, ergo $= 1$. tantum inferioris dimensionis, fietque $\sqrt{1 + \dfrac{1}{x^2}}$. Quaerenda ergo est descriptio huius curvae.

Contra[:] quaestio de invenienda curvae descriptione ex datis elementis, in alteram reduci potest. Posito enim eius elementa esse $\dfrac{\sqrt{ax + x^2}}{a}$, vel $\dfrac{\sqrt{x + x^2}}{1}$. ut curvae paraboli-

13 Contra: Die Berechnung des Bogenelements der Parabel und der Reihe der Differenzen ist fehlerhaft. Die bedeutsame Schlussfolgerung bleibt davon unberührt.

cae[,] subtrahenda $\sqrt{1}$. vel 1. fiet w differentia, eaque ergo erit $\sqrt{\sqrt{x + x^2 - a^2}}$ vel $\sqrt{\sqrt{2} - a^2}$. $\sqrt{\sqrt{6} - a^2}$. [etc.]

Hinc intelligi potest, fere totam doctrinam de methodo tangentium inversa revocabilem videri ad quadraturas.



[*Fig. 3*]

Esto figura quaelibet orthogonia $ABCDA$, ductisque applicatis quotcunque ED, ad abscissas AE arithmetice crescentes, et signatis FD applicatarum differentiis; manifestum est ductis FG in FD, seu ductis differentiis applicatarum in abscissas, momentum hoc differentiarum esse complementum figurae datae ad rectangulum isoparallelum.

Sunto exempli causa differentiae istae: $\frac{x^2}{a^2}$, ducantur in x, fiet $\frac{x^3}{a^2}$. Quaeritur progressio ipsarum ED continue descrescentium, nam, unam ex ipsis pro arbitrio assumtam pono, id est figura talis, cuius summa summae omnium $\frac{x^3}{a^2}$ complemento sit ad rectan-

2 etc. *erg. Hrsg.*

gulum factum ex maxima AE assumta, nempe AB, in maximam ED assumtam, nempe BE.

Si vel hoc solum problema solvi posset, data producta invenire figuram haberetur tetragonismus universalis. Cum enim data sit figura cuius summa quaeritur $\frac{x^2}{a}$, ac proinde differentia applicatarum figurae quaerendae $\frac{x^2}{a^2} = WD$, et constat esse $GW = \frac{a}{a} = 1$, fiet $\frac{PX}{XD} = \frac{\frac{a}{a}}{\frac{x^2}{a^2}} = \frac{[a^2]}{x^2}$. Imo ergo erratum, neque enim ita datur [PX, sed tantum ratio], seu trianguli figurae characteristici natura.

Ita ergo duo habemus, p r i m u m triangulum figurae characteristicum, d e i n d e figuram quaesitae complentem. Tentandum an ex his erui possit figura, accedentibus aequationibus, et methodo tangentium Cartesiana, Huddeniana, Slusiana.

Porro rectanguli GFD, altitudo est $x = GF$, latitudo $\frac{x^2\beta}{a^2}$, et area $\frac{x^3\beta}{a^2}$. Dividatur per $DF = \beta$, fiet eius longitudo $\frac{x^3}{a^2}$, latitudo β, unitas scilicet constructionis ut dictum est. Quod si iam figurae huius $\frac{x^3}{a^2}$ quadratura haberi potest, utique caetera videntur haberi, puto tamen non semper. Ut si sit $\frac{a\beta}{x}$, ductis omnibus in x, fiet $a\beta$. At a ductam

3 f. *Über* data producta *und* tetragonismus *jeweils:* male

6 a *L ändert Hrsg.* 6 $\frac{\mathrm{PX}}{\mathrm{XD}}$, sed tantum eorum ratio *L ändert Hrsg.* 7 f. natura. *(1)* Ecce ergo problema: *(2)* Ita *L*

10 methodo tangentium: Descartes, *Geometria*, *DGS* I S. 40–50. Hudde, *De reductione aequationum*, *DGS* I S. 433–439 (insbesondere S. 436) sowie *De maximis et minimis*, *DGS* I S. 507–516; s. a. Fr. v. Schooten, *Commentarii*, *DGS* I S. 255 f. De Sluse veröffentlichte seine Methode zuerst in den *Philosophical Transactions* VII Nr. 90 vom 20./30. Jan. 1672/73, S. 5143–47 und VIII Nr. 95 vom 23. Juni/3. Juli 1673, S. 6059.

in x vel AB esse semper quadrabilem constat. Cumque et data sit BC, ergo datur quadratura omnium ED, unde et ipsa videntur dari debere. Quod alias examinabimus.

D a t i s p r o d u c t i s i n v e n i r e a p p l i c a t a s, est invenire seriem, quae ad differentias suas ⟨rationem⟩ habeat datam, datur enim PE, et GW, at $\frac{PE}{GW} = \frac{ED}{WL}$.

Eodem casu datur $\frac{PA}{AE}$, vel $\frac{PA}{PE} = \frac{AH}{ED}$. Datur ergo ratio rescissae AH ad applicatam ED. Ergo et dimidiae rescissae $\frac{AH}{2}$ ad applicatam ED, seu $\frac{IH}{2ED}$. Ergo et $\frac{ED - \frac{IH}{2}}{ED} = 1 - \frac{IH}{2ED}$. Ergo et ratio applicatarum ad $ED - \frac{IH}{2}$, quarum summa semirectangulo sub abscissa et applicata aequatur. Sed ex datis partium rationibus, rationes totorum, vel contra, nemo collegerit cognitis hactenus artibus.

Breviter[:] semper datur GW, semper datur AE, hoc loco datur et PE, ergo datur et PA. Sed et datur ratio AH ad ED, nempe rescissae ad applicatam, item $\frac{ED}{WL}\left(= \frac{PE}{GW}\right)$ applicatae ad differentiam.

$\frac{a}{a-b}$ $\frac{b}{b-c}$ $\frac{c}{c-d}$. Ergo datur et $\frac{a-b}{a}$ etc. $= 1 - \frac{b}{a}$. etc. Datur ergo ratio applicatae datae ad sequentem. Unaque ex illis prima scilicet qualibet pro arbitrio assumta, dantur caeterae omnes.

Ergo ex datis productis datur series figurae. Etsi inde aequationem reperire figurae naturam exprimentem, nondum fortasse sit in promtu. Sed illud tamen adhuc excutiendum an prima assumi possit pro arbitrio, et hoc loco puto posse.

---

2 *Zu* dari debere: Imo nondum res datur.

9 f. artibus. | De caetero est $\frac{\mathrm{PE}}{\mathrm{ED}} = \frac{\mathrm{ED}}{\mathrm{EM}}$. datur ergo $\frac{\mathrm{ED}}{\mathrm{EM}}$. item $\frac{\mathrm{EM}}{\mathrm{ED}}$. ergo datur et $\frac{\frac{\mathrm{PE}}{\mathrm{ED}}}{\frac{\mathrm{EM}}{\mathrm{ED}}}$. ergo et $\frac{\mathrm{PE}}{\mathrm{EM}}$. *Absatz*. Patet porro ex his *(1)* data ratione *(2)* datis productis dari et reductas. *gestr.* | Breviter *L*

At si d i f f e r e n t i a e WL datae sint, seu quod idem est, si data sint trianguli characteristici latera rectum angulum comprehendentia, quia data $\frac{GW}{WL}$, tunc non potest prima applicata assumi pro arbitrio, quia prima est omnium differentiarum summa.

Porro datur et differentia productae et abscissae ad rescissam, seu differentia inter has duas rationes[:] productae ad rescissam, et abscissae ad rescissam, seu

$$\frac{PE-AE}{AH}=\frac{PA}{AH}=\frac{GW}{WL}=\frac{PE}{ED}=\frac{PA+AE}{ED}=\frac{ED}{EM}.$$

Porro cum detur $\frac{PE}{ED}$, dabitur et $\frac{ED}{PE}$, datur et $\frac{ED}{EM}$, dabitur ergo et $\dfrac{\frac{ED}{PE}}{\frac{ED}{EM}}$, ergo et $\frac{PE}{EM}$ seu $\frac{PA+AE}{EM}$.

NB. Si dantur WL, datur ut paulo ante ostensum $\frac{PE}{EM}=\dfrac{\frac{ED}{WL}=\frac{a}{a-b=e}}{\frac{a^2-b^2}{2}}=\beta$ $\frac{1}{\beta}\dfrac{\frac{a^2-b^2}{2}}{\frac{a}{a-b}}$. Ergo ductis omnibus in $a-b$, fiet:

$$\frac{a^3-ba^2-ab^2+b^3}{2a}=\frac{1}{\beta}. \qquad \frac{2}{\beta}=\frac{a^2}{\cancel{2}}-\frac{ba}{\cancel{2}}-\frac{b^2}{\cancel{2}}+\frac{b^3}{\cancel{2}a}=ea-b^2+\frac{b^3}{a}.$$

---

7 $\frac{PE}{1}=\frac{ED}{WL}$.

11

$$\begin{array}{l} a-b^2 \\ a-b \\ -b^2\overline{a+b^3}+a^3 \\ -ba^2 \end{array}$$

9–709,3 NB. ... NB. *erg. L*

---

9 $EM=\frac{a^2-b^2}{2}$: Dies ist ein Näherungswert; vgl. dazu S. 710 Z. 19.

H a e c   a e q u a t i o   e x a m i n a n d a.

Vel quia $a = b + e$, fiet: $\dfrac{2}{\beta} = eb + e^2 - b^2 + \dfrac{b^3}{b+e}$, vel

$2b + 2e = \cancel{eb^2\beta} + 2e^2b\beta + \cancel{e^2b\beta} + e^3\beta - \cancel{b^3\beta} - \cancel{b^2e\beta} + \cancel{b^3\beta}$. NB.

$$\begin{array}{ccccccccccccccc}
a & & b & & c & & d & & a^2 & & b^2 & & c^2 & & d^2 \\
 & a-b & & b-c & & c-d & & & & a^2-b^2 & & b^2-c^2 & & c^2-d^2 & \\
 & e & & f & & g & & & & & & & & &
\end{array}$$

$$\begin{array}{lcl}
a-b \frown a-b = a^2+b^2-2ab, -a^2+b^2 & = & 2b^2-2ab,, \\
 & & [2] \frown \llcorner b^2 - ab \lrcorner \quad = \quad 2 \frown \llcorner b^2 \underbrace{- a^2 + ae}_{a^2 - ae} \lrcorner
\end{array}$$

Ergo differentia inter differentiarum quadrata, et differentias quadratorum, est, differentia inter quadratum termini posterioris, et rectangulum terminorum, duplicata, seu est differentia inter quadrata terminorum inversa (seu differentia quadratorum directa a nihilo subtracta), rectangulo termini prioris in differentiam, aucta; summa duplicata.

Esto quadratum differentiae e^2, differentia inter quadrata terminorum $a^2 - b^2 = h^2$, erit $b^2 - a^2 = 0 - h^2 = 0 \underbrace{- a^2 + b^2}_{a^2 - b^2} = b^2 - a^2$, erit ergo $e^2 - h^2 = 2 \frown \llcorner 0 - h^2 + ae \lrcorner$ seu

---

7–10 *Nebenrechnungen:*

[*Gültig*]

$$\begin{array}{lll}
 & + \;\; a - b & \\
 & \underline{- \;\; a + b} & \\
-a^2 + ba & + \; ba - b^2 & \qquad -a^2 - b^2 + 2ba
\end{array}$$

$$\frac{a^2 - \cancel{b}^2 + \cancel{2}\cancel{b}^2 - 2b^2 + b^2}{a-b} = a + b + \frac{b^2 - 2b^2}{a-b} = a + b - \frac{2b^2}{a-b}.\ [sic!]$$

[*Gestrichen*]

$$\frac{a^2 - b^2 + 2ba - 2ba}{+a - b} = -a + b.$$

8 -2 *L ändert Hrsg.*

$\frac{e^2-h^2}{2} = ae - h^2$, vel $e^2 - h^2 = 2ae - 2h^2$, eritque $e^2 = 2ae - h^2$. Ac proinde $e^2 - 2ae = -h^2$. Ergo $a^2 + e^2 - 2ae =[a^2 - h^2]$. Ergo $\overset{a-e}{\underbrace{e-a}_{\mp a \mp e}} = \sqrt{[a^2-h^2]}$, ergo $\mp\, e = \mp\, a + \sqrt{[a^2-h^2]}$. Sed de his alias.

Nunc observo, data laterum orthogoniorum trianguli characteristici ratione triangulum characteristicum plene dari, quia semper unum eius latus GW datur. Cumque detur et WL, dabitur et GL. Ergo in alio quolibet triangulo, quod characteristico simile est, dato unico latere dabuntur omnia. Ergo triangulum DNH penitus dabitur, quia unum eius latus DN datum est, datur ergo HD, et NH. Ergo cum summa omnium AH semper aequetur segmento duplicato; ideo summa omnium HN semper aequatur trilineo concavo $AXLFA$ vel $ANLGA$ [duplicato]. Figurae ergo quaesitae etsi adhuc ignotae reperiri potest hoc modo aequivalens. Assumta et pro arbitrio qualibet RQ invariabili, dabuntur semper et RP, et PQ. Ideo patet problema illud alibi a me propositum, data qualibet figura reperire curvam ὁμότομον, pendere ex illo problemate, datis differentiis reperire summas.

N B. cum sit $\frac{GW}{WL} = \frac{DE}{EM}$, patet esse ut unitas constructionis ad differentias, ita applicatas ad differentias semiquadratorum, vel ut unitas ad ordinatas, ita differentias ad differentias semiquadratorum, vel $\frac{1}{a} = \frac{a-b}{\frac{a^2-b^2}{2}}$, eritque $1 = \frac{2a^2-2ba}{a^2-b^2}$. Sed haec non absolute quidem vera[,] tamen in arithmetica infinitorum.

---

14 f. Datis differentiis invenire summas, et datis reductis invenire figuram, semper eodem redit.

3+4 $a^2 + h^2$ *L ändert Hrsg. dreimal.* 11 duplicato *erg. Hrsg.*

---

12 qualibet RQ: In seiner Handzeichnung hat Leibniz RQ auf eine bereits vorhandene Strecke gelegt. Damit Q auch auf die Tangente zu liegen kommt, müsste RQ näher an die Basis BC gelegt werden. 13 alibi a me propositum: vgl. dazu N. 39_1 S. 621 f. (Scholion zu Prop. 2.).

41. EX DATIS TANGENTIBUS INVENIRE FIGURAM
[Herbst 1673]

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 1. Bl. 180–181. 1 Bog. 2°. 4 S. Spätere Ergänzungen und Zusätze in verändertem Duktus seitlich und oben auf Bl. 180 v°, 181 r°, 182 v°. Cc 2, Nr. 625

Datierungsgründe: In einem Gespräch, das nach der Entstehung des infinitesimalen Dreiecks vermutlich im Sommer 1673 stattfand (s. *LSB* III, 2 S. 933; *LMG* III S. 73), hat Huygens Leibniz die Lektüre der *Géométrie* Descartes' zusammen mit den Kommentaren von Fr. v. Schooten sowie der einschlägigen Studien von de Sluse empfohlen. Eine Frucht dieser Lektüre ist das vorliegende Stück, in welchem Leibniz die Tangentenmethode Descartes' rezipiert. Aufgrund des Wasserzeichens des Papiers ist die Studie nach N. 40 vom August 1673 anzusetzen.

Grandis illa quaestio:

e x d a t i s t a n g e n t i b u s i n v e n i r e f i g u r a m s i v e o r d i n a t a s etiam replicari potest, ita ut data aliqua aequatione, quaeratur figura cuius tangentium tangentes aequationem habeant datam.

Regula de tangentibus investigandis breviter rememoranda est:



[*Fig. 1*]

16 Regula | Slusii *gestr.* | de *L*

16 Regula: s. dazu N. 6. Die Streichung des Namens ist darauf zurückzuführen, dass Leibniz — wohl durch Mitteilungen Huygens' — mittlerweile Zweifel an der Priorität von de Sluse bekommen hatte. Vgl. dazu J. E. Hofmann, *Leibniz in Paris*, 1974, S. 72–74; s. a. Huygens an Oldenburg, 27. Sept. 1672 (*HO* VII N. 1912, S. 228–229 = *OC* IX N. 2066, S. 247–251).

Esto curvae ordinata $[AB,]$ tangens BC. Quaeritur AC, ex data BC. Ante omnia aequatio figurae ordinatarum AB ad abscissas $[DA]$, rationem explicans ita poliatur, ut non nisi duae restent quantitates incognitae: $AB = y$. et $DA = x$. Termini incogniti a fractionibus ac surdis liberentur. Aequatio iam hac ratione inventa ita formetur, ut ab uno latere omnes termini ponantur ipsa x, ab altero omnes ipsa y affecti. Quod si idem terminus utroque affectus est, utrobique ponatur, ita quasi alterubi non esset positus. Qui neque y neque x habent omittentur. Hoc facto cuilibet termino praefigatur numerus tot unitatum, quot graduum est potestas quae terminum incognitum eius lateris afficit. Denique in latere ipsius x. unus x mutetur in $p = AC$. Aequatio ita reformata ipsius $p = AC$. quantitatem dabit.

Ipsa y per productam p dividatur erit $\dfrac{y}{p} = \dfrac{b}{a}$, posito $\dfrac{b}{a}$ = differentiae ipsarum y, seu posito ipsas y esse ipsarum b quadratrices. Exempli causa:

$2ax - x^2 = y^2$. Ergo $2ap - 2xp = 2y^2$. sive $p = \dfrac{y^2}{a-x} = \dfrac{2ax - x^2}{a-x}$. Ergo

$$\frac{y}{p} = \frac{\sqrt{2ax - x^2}}{\sqrt{2ax - x^2}, \frown \sqrt{2ax - x^2}} \frown a - x = \frac{a-x}{\sqrt{2ax - x^2}}.$$

Sed nimis longae fuerint hae ambages ex datis differentiis quaerere summas, seu figuram, rectius ducta perpendiculari BE, utemur ipsis AE.

Quaeritur ergo problema:

data AE invenire figuram.

Insistamus in hunc finem methodo Cartesiana, ubi ellipsin proponit in exemplum, et ex AB invenit AE, nos tentabimus postea regressum. Ita autem ille.

Esto $DA = y$. $AB = x$. $DE = v$. $EB = s$. Ergo $AE = v - y$, ideoque $AE^2 = v^2 - 2vy + y^2$, et $EB^2 = s^2 = v^2 - 2vy + y^2 + x^2$. Et quia in ellipsi $x^2 = ry - \dfrac{r}{q}y^2$, unde tollendo x^2, fit:

1 AB, *erg. Hrsg.* 2 ordinatarum ... rationem explicans *erg. L* 2 CA *L ändert Hrsg.* 6 f. Qui ... omittentur. *erg. L*

19 methodo Cartesiana: *Geometria*, *DGS* I S. 40 f. u. 45 f. In S. 713 Z. 9 unterläuft Leibniz ein Vorzeichenfehler, der aber S. 713 Z. 11 korrigiert wird. Bei dem Versuch das Problem umzukehren vergisst Leibniz in seiner Schlussgleichung (S. 714 Z. 1) das Glied $+\dfrac{r^2}{4}$. Mit dem Fehler wird später (ab S. 716 Z. 24) konsequent weitergerechnet.

$$\begin{array}{lll} -\dfrac{r}{q}\,y^2 + & r\,y + & v^2 = 0, \\ +\,1 & -\,2v & -\,s^2 \end{array}$$

et ut y^2 ab omni alio liberetur fiet:

$$y^2 \qquad \frac{+r-2v}{-\dfrac{r}{q}+1}\,y \qquad \frac{+v^2-s^2}{-\dfrac{r}{q}+1} = 0.$$

Iam posito EB esse perpendicularem seu minimam, aequatio proposita duas habebit radices aequales. Ideoque ponendo $y = e$. eandem habebit formam aequatio, quam illa quae fit ducendo in se $y - e$. Unde $y^2 - 2ye + e^2$. Cumque haec aequatio eandem habet formam cum priore, et unus terminus sit idem, erunt reliqui quoque aequales.

Ergo $\dfrac{+r-2v}{-\dfrac{r}{q}+1}\cancel{y} = 2\cancel{y}e$. Ergo $+r - 2v = -\dfrac{2er}{q} + 2e$. $\quad -2v = -\dfrac{2er}{q} + 2e - r$. sive $2v = \dfrac{2yr}{q} + r - 2y$. sive $v = \dfrac{yr}{q} + \dfrac{r}{2} - y$.

Credo me per errorem invertisse, debet enim esse: $v = y - \dfrac{r}{q}y + \dfrac{r}{2}$. vel $\begin{array}{l} +1 \\ -\dfrac{r}{q} \end{array} y + \dfrac{r}{2}$.

Iam inverso modo cognita v, ignotaque x, quaeritur quomodo inveniri queat x. Resumenda aequatio prior: $s^2 = x^2 + v^2 - 2vy + y^2$, pro v ponatur eius aequivalens. Iam

$$v^2 = \begin{array}{l} +\,1 \\ -\,\dfrac{2r}{q} \\ +\,\dfrac{r^2}{q^2} \end{array} y^2 \quad \begin{array}{l} +\,r \\ -\,\dfrac{r^2}{q} \\ \end{array} y + \frac{r^2}{4}, \quad \text{et} \quad -2vy = \begin{array}{l} -\,2 \\ +\,\dfrac{2r}{q} \end{array} y^2 - ry.$$

$$\text{Ergo fiet: } s^2 = x^2 \quad \begin{array}{ll} \cancel{+1} & y^2 \\ /\!/ \ \cancel{-\dfrac{2r}{q}} & \\ +\dfrac{r^2}{q^2} & \\ \cancel{+1} & \\ \cancel{-2} & \\ /\!/ \ \cancel{+\dfrac{2r}{q}} & \end{array} \quad \begin{array}{ll} +\ r & y, \\ -\ \dfrac{r^2}{q} & \\ -\ r & \end{array}$$

sive $$s^2 = x^2 + \frac{r^2}{q^2}\,y^2 - \frac{r^2}{q}\,y.$$

Et haec aequatio $s^2 = x^2 + \dfrac{r^2}{q^2}y^2 - \dfrac{r^2}{q}y$ non minus determinata est, ac illa qua Cartesius utebatur supra relata, cum ex x et y ipsam v vel s quaerebat. Sublata enim x restabant in aequatione tres indeterminatae: $s.\ v.\ y$. Ita nos ex v et y datis quaerentes x et s, elisa iam v per aequationem quam de ea habebamus, ad y, habemus indeterminatas restantes $s.\ x.\ y$.

Iam vestigiis Cartesii presse insistemus: verbis ipsius eius fin. pag. 43 et pag. 44 *Geom.* relatis, mutatis mutandis. Cuius et figuram hic adscribimus:

13 vestigiis Cartesii: Im Folgenden zitiert Leibniz bis auf wenige unwesentliche stilistische Änderungen wörtlich die Betrachtungen von S. 43 Z. 2 v. u. bis S. 45 Z. 21 und versucht, sie (s. die Klammereinschübe) auf das umgekehrte Problem zu übertragen, hat aber keine großen Hoffnungen auf Erfolg (s. u. S. 716 Z. 23).



[*Fig. 2*]



[*Fig. 3*]

Descripto circulo ex centro P qui curvam in punctis C et E secet ex quibus in PA demittantur perpendiculares CM, EQ. iunctis radiis PC, PE inter se aequalibus.

Ita ergo ille[:] Postquam ergo invenimus talem aequationem non ea utemur ad cognoscendas quantitates x vel y. quae hic datae sunt quia punctum C (non minus quam M) est datum, sed ad inveniendam quantitatem v vel s. quae quaesitum punctum P determinant. Ego contra: non utemur ea ad cognoscendas quantitates v et y quae hic datae sunt quia punctum P (non minus quam M) est datum sed ad inveniendam quantitatem x vel s. quae quaesitum punctum C determinant.

In quem finem (pergit Cartesius) considerari debet, si punctum P (substitue C) tale est quale desideratur quod circulus cuius id ipsum est centrum (substitue, quod circulus, cuius centrum est P) quique per punctum C transit tangat ibidem curvam lineam CE neque eam secet. Sed quod si idem punctum P propius aut remotius sumatur a puncto A (hic substitui etiam, puto potest[:] sed quod si punctum C aliud a vero assumatur), circulus hic non solum in puncto C. sed et in alio quodam puncto E curvam CE sit secturus.

Deinde considerandum est quoque, quando hic circulus curvam CE secat, aequatio per quam quantitas x vel y vel quaedam alia similis (substitue: per quam quantitas v vel y vel quaedam alia similis) quaeritur supponendo PA, et PC. seu s, v (quaesitas: substitue x, s seu CM, seu EQ et AQ vel AM) cognitas necessario duas contineat radices inaequales. (Hic iam substitutio incipit difficilis reddi, ac cessat inversio, igitur continuabimus tantum exscribere verba autoris.)

Nam si e. g. circulus hic secet curvam CE in punctis C et E ac ducatur EQ parallela ipsi CM nomina quantitatum indeterminatarum x et y, aeque bene convenient lineis EQ et QA atque ipsis CM et MA. existente $PE = PC$. propter circulum. Adeo ut quaerendo lineas EQ et QA per PE et PA quae tanquam cognitae supponuntur eandem habituri simus aequationem quam si quaererentur CM et MA per PC et PA. Unde liquido constat ipsius x vel y valorem fore duplicem, hoc est aequationem duas admissuram radices quae sint inaequales, quarum quidem una futura est CM altera EQ, si fuerit x quam quaerimus: aut quarum una futura est MA, altera QA, si fuerit y quae quaeritur. (Videtur etiam in nostra inquisitione dici posse, assumto puncto C vero, tunc valorem ipsius EP, et CP. fore aequalem, ac proinde si ope aequationis a nobis inventae, ex data x et y quaeratur s, aequationem habere duas radices aequales.) Verum equidem est, quod cum punctum E non ad eandem curvae partem reperitur cum puncto C una tantum harum radicum sit vera, altera falsa, sed quo haec puncta C et E sibi invicem sunt propiora, eo differentia inter has radices est minor, quae denique omnino aequales futurae sunt, si bina haec puncta in unum punctum cadant, hoc est si circulus qui per C transit curvam ibidem tangat nec omnino secet:

Praeterea considerandum quod aequatio in qua duae sunt radices aequales necessario eandem formam habeat ac si in seipsam multiplicetur quantitas quam velut incognitam supponimus, multata quantitate cognita sibi aequali: et denique haec ultima summa si non tot dimensiones habeat quot praecedens, rursus per aliam summam totidem quot alteri desunt dimensiones habentem, sic ut separatim aequatio inter singulos unius atque singulos alterius terminos haberi possit.

(Haec iam imitari tentabimus; etsi vix putem hic successurum.[])]

Aequatio nostra est: $$\frac{r^2}{q^2}y^2 - \frac{r^2}{q}y \begin{matrix}+x^2\\ -s^2\end{matrix} = 0.$$

Unde fieri potest $$y^2 - \frac{\frac{r^2}{q}}{\frac{r^2}{q^2}}y \quad \frac{+x^2 - s^2}{\frac{r^2}{q^2}} = 0,$$

vel $$y^2 - qy + \frac{q^2x^2 - q^2s^2}{r^2} = 0.$$

Conferatur cum aequatione eiusdem formae, $y^2 - 2ey + e^2 = 0$, fiet $q = 2e$. Quod est

23 etsi *(1)* difficile sit *(2)* vix *L*

absurdum, cum q sit determinata, e indeterminata. Malum ergo in eo est quod indeterminatae in se invicem non sunt ductae.

Aequatio est $x^2 = s^2 - \frac{r^2}{q^2}y^2 - \frac{r^2}{q}y$, sive $x = \sqrt{s^2 - \frac{r^2}{q^2}y^2 - \frac{r^2}{q}y}$.

Sumatur alia x paulo maior priore, $x+\beta$, fiet $x^2+2\beta x+\beta^2 = s^2 - \frac{r^2}{q^2}y^2 - \frac{r^2}{q}y$. Sed nihil hinc.

An ergo per y. fiat: $\frac{r^2}{q^2}y^2 = s^2 - x^2 - \frac{r^2}{q}y$, et pro altero y substituatur $y+\beta$, fiet $\frac{r^2}{q^2}y^2 + \frac{2r^2\beta}{q^2}y + \frac{r^2}{q^2}\beta^2 = s^2 - x^2 - \frac{r^2}{q}y$.

Totum artificium est, ita effingere aequationem, ut aliqua inde sequatur destructio mutua, inde enim nova haberetur aequatio.

Aequatio ipsius v, nihil aliud nos docet, quam terminum qui in aequatione quaesita ipsum v multiplicabit.

E. g. in proposito exemplo, ubi aequatio haec

$$\begin{array}{llll} y^2 & \dfrac{+r-2v}{-\frac{r}{q}+1}y & \dfrac{+v-s^2}{-\frac{r}{q}+1} & =0 \\ y^2 & -2ye & +e^2 & =0 \end{array}$$

datur valor ipsius v, ad y. Ergo vicissim si caeteris non datis, detur tantum valor ipsius v ad y aequationis illius quaesitae unus terminus quodammodo fingi potest.

$$s^2 - x^2 - \frac{r^2}{q^2}y^2 - \frac{r^2}{q}y = 0.$$

8–16 *Daneben später ergänzt:* Ope geometriae series quoque arithmeticae sive finitae sive infinitae inibuntur. E. g. pro his: $\frac{1}{1} - \frac{1}{2} + \frac{1}{3} - \frac{1}{4}$ etc. multum productis, summa haberi potest per appropinquationem scilicet ope quad. hyp.

17 *Neben der Gleichung großes* NB.

---

3 Aequatio: Hier unterläuft Leibniz ein Übertragungsfehler: bei konsequenter Rechnung müsste $\frac{r^2}{q}y$ Plus als Vorzeichen haben. Der Fehler vererbt sich weiter.

Cum tres sint quantitates indeterminatae, manifestum est locum esse solidum. Is ergo locus solidus ponatur descriptus. Eligatur iam aliquis locorum planorum hunc solidum componentium, qui residuae problematis conditioni satisfaciat; residua autem problematis conditio est, ut $\underline{s}$ hoc modo inventa, sit minima omnium, quae ex puncto P. quo $s = \underline{PC}$ rectam pro mensura assumtam, in qua ipsae y assumuntur, secat, ad loci huius plani terminationem seu curvam CE duci possint. Sive, ut data positione AP, indefinita, sumtaque pro arbitrio magnitudine ipsarum $AM = y$, et $PC = s$. sumatur ipsa $MC = x$ talis, ut ipsa CP fiat omnium possibilium minima, id est, ut alia aliave x assumtis, ipsa s fiat maior.

Nescio an hoc ita dici debeat[:] Habemus aequationem quae nos doceat, data x, et y, quanta futura sit s. Superest alia praeterea conditio, quae nos doceat, ipsam x talem assumendam, ut si alia x eodem modo ex alia y composita assumatur, ipsa s sit minima quae ad earum terminationes ex puncto P duci possit. Unde apparet quod est difficillimum, non ipsam x sed regulam aliquam ipsas x inveniendi ex datis y quaeri, quae proposito satisfaciat. Quae regula nec semper aequatio erit.

Non negligenda tamen quae hic de loco solido observata sunt. Forte enim sequitur solidi inventi sectionem quandam per quoddam planum qualiscunque ea sit proposito satisfacere. Quod si demonstrari posset, hinc consequentias alias rursus duceremus, nimirum si data esset aequatio ipsarum v, eam in aliam quandam transmutaremus eiusmodi naturae, ut ipsarum v, summa aliquando, haberi possit, uti videmus contingere in certis quibusdam segmentis cycloeidis. Idem forte comminisci liceret semper, quo facto aliquas saltem rectas loci plani quaesiti ex solidi sectione inveniendi haberemus; atque ita rursus posset fortasse ipsum illud planum determinari ope unius eiusmodi rectae inventae aut plurium.

Adde aliud artificium; adhibeatur alia quaedam figura aliarum v. ut alicubi vel etiam aliquo demto additoque, semper summa earum summae priorum aequalis sit, atque huius

2 iam *(1)* aliqua indeterminatarum eiusmodi ut *(2)* aliquis *L* 13 possit *(1)* . Sed haec conditio *(2)* vel ipsam x talem assumendam *(3)* . Unde *L* 14 sed | aequationem sive *erg. u. gestr.* | regulam *L*

21 segmentis cycloeidis: vgl. dazu *LSB* III, 1 N. 29 S. 115 f. sowie Huygens, *Horologium oscillatorium*, 1673, S. 69 (*HO* XVIII S. 205); s. a. N. 17 S. 344 Z. 2 – S. 346 Z. 2.

locus solidus itidem describatur: Videndum est an horum duorum, imo quia id quoque comminisci licet, plurium quoque locorum solidorum intersectio communis quaesitum nobis patefaciat. Videndumque an alibi se intersecare possint, sive an aliud habere possint planum commune, quam quaesitum. Et quod si duo possint, certe tria, 4, 5, etc., possumus enim habere eiusmodi loca solida ad propositum facientia quotlibet; unam eandemque intersectionem communem habere non poterunt, nisi unicam. Nimirum: inter aliqua plana cuiuslibet est aliquod quod proposito satisfacit, seu quod continet omnes x ad rem aptas; ita enim arbitror sequi ex dictis, etsi supersit dubitandi ratio quaedam; nondum enim forte demonstratum est omnes x ad rem pertinentes in aliquod loci solidi planum cadere, idque axi assumto perpendiculare. Nimirum puncta omnia, quae ipsis C aequivalere queant, erunt in ipsius solidi superficie. Est ergo l o c u s a d s u p e r f i c i e m omnes x, seu ex punctis in axem demissae perpendiculares aequationi (scilicet seclusa illa conditione, quae in aequationem redigi non potest), satisfaciunt. Sit alia quaedam figura aliarum v, quarum summa vel semper (e. g. in figura segmentorum si quid ipsi addatur item sufficit convexa concavis comparari), vel aliquo modo pure (ut in fig. segmentorum tota, aut cissoeide tota, aliterve), vel semper pure (ut ni fallor certo quodam figurae genere a me inventum) datae aequetur; huius quadratricis puncta C itidem superficiei solidi cuiusdam alia quadam ratione describendi, continebuntur. Punctum C quod quae-

---

1–3 *Dazu später ergänzt:* Nota doctrinam serierum convergentium a Iac. Gregorio stabilitam, hoc quoque loco utilem esse posse, ad intersectiones sive per aequationem, sive per numerum exprimendas.

15 item . . . comparari *erg. L*

---

19 doctrinam serierum convergentium: vgl. dazu *LSB* VII, 3 N. 20 [Spätes Frühjahr – Sommer 1673] S. 249 f.

sito cuidam, ubi scilicet aliquando aequales sunt duae summae, satisfaciat, erit in harum duarum superficierum intersectione communi.

Sed duae superficies istae se secare possunt multis locis, et quolibet loco intersectio communis erit linea: hic primum ex variis locis excludi poterunt alieni a re praesenti, ope appropinquationum, quodam velut dioristicae genere, sed, ut in ipsa linea intersectionis communi punctum quaesitum plene definiatur, adhibeantur rursus aliae v (retento scilicet semper eodem axe, et ipsis y et s. arithmetice seu continue proportionaliter inter se, et secum ipsis uniformiter crescentibus) sygnotae, quarum scilicet locus solidus eodem plane modo describatur; necesse est hunc locum solidum, rursus priorem in multis locis secare; et quidem, in loco per dioristicen appropinquationum iam definito. Cumque trium superficierum intersectio communis sit punctum, ita tandem punctum habebimus. Et quoniam methodus a me ostensa est, cuilibet figurae quotlibet alias sygnotas exhibendi, hinc ad eandem solutionem infinitis modis pervenire poterit, semperque idem reperietur punctum intersectionis; ut adeo hanc methodum etiam examen sui secum ferre, manifestum sit.

Unde sequitur quadraturas esse universaliter loquendo, p r o b l e m a t a a d s u p e r f i c i e m quemadmodum inventiones rectarum curvis aequalium, vel contra, centra gravitatis, sectiones curvarum in qualibet data ratione. Unde patet etiam logarithmorum constructionem geometricam per loca ad superficiem fieri posse. Unde porro sequitur, eas [curvas] quarum longitudo per rectam curvae aequalem determinatur, sive

---

2 *Nach* intersectione communi *später ergänzt:*
Sequi videtur sufficere figuras omnino duas isometros, sive quae aliquando data aequali altitudine sint aequales. Nihilominus enim tertia habebitur determinatio ab ipsa y determinata. Nimirum planum ad axem duorum locorum solidorum communem perpendiculare ipsam y abscindat. Punctum quo planum hoc per duorum locorum solidorum intersectionem communem transit, erit quaesitum. Ideo sufficit a nobis adhiberi ipsum circulum, et figuram angulorum, sumto utrobique quadrante, seu figura ad quadrantem aequali, et y posito $=$ radio.

19 rectas *L ändert Hrsg.*

---

12 sygnotas: zur Terminologie s. a. *LSB* VII, 3 N. 23 [Herbst 1673] S. 264–270.

per fila, amplius [mechanicas censendas]; sed mechanicam debere videri determinationem punctorum appropinquatoriam, et descriptionem figurarum per puncta seu discontinuam.

Interea tamen per accidens evenit, ut saepe numero quadraturae per solas lineas sive aequationes duarum quantitatum indeterminatarum definiri queant, tunc nimirum quando constans quaedam ratio est tangentium ad abscissas; aut cum pro arbitrio, eiusmodi figuras comminiscimur.

Videndum item an diversis eiusmodi aequationibus inter se comparatis, quarum una e. g. ipsam x explicat cum v, sunt ordinatae circuli, altera cum ordinatae figurae segmentorum; sumendoque y arbitrariam talem, ut in uno constituat totum e. g. semicirculum, in altero altitudo sit figurae segmentorum portionis semicirculo aequalis; necesse est ipsam x esse aequalem utrobique. Atque ita videtur determinari problema, atque alterutra ex duabus indeterminatis x vel y elidi.

Sed nova tamen videtur nasci difficultas ex eo quod etsi x diversarum illarum aequationum sint aequales, tamen $\underline{s}$ sint inaequales, neque cognitae inter se rationis. Equidem verum est esse cognitam rationem v ad $\underset{..}{v}$, et $x = \underset{..}{x}$, et esse $s^2 = x^2 + v^2$, vel $\underset{..}{s}^2 = x^2 + \underset{..}{v}^2$. Ergo

$$\left[\frac{\underset{..}{s}^2}{s^2}\right] = \frac{x^2 + \underset{..}{v}^2}{x^2 + v^2} = 1 + \frac{\underset{..}{v}^2}{x^2} - \left[\frac{v^2}{x^2 + v^2} + \frac{v^2 \underset{..}{v}^2}{x^2 \frown x^2 + v^2}\right].$$

satis apparet non ideo haberi $\underset{..}{s}^2$ ad s^2. Frustra ergo s resolvitur in x et v, neque inde aliquid amplius discitur. Unde apparet nondum ex his dari rationem deprimendi haec problemata, et ex superficiariis reddendi linearia.

13–20 *Dazu später ergänzt:* Etsi ex duarum istarum aequationum collatione non possit problema reduci ad duas incognitas, quia tamen hoc modo intersectione determinatur penitus punctum aliquod quaesitum, geometrice; poterit ea determinatio postea calculo exhiberi, et rectae ex puncto in axem perpendiculariter demissae quaesitae valor, analytice opinor enuntiari.

1 mechanicam censendam *L ändert Hrsg.* 17 $\frac{s^2}{\underset{..}{s}^2}$ und $\frac{v^2 - \underset{..}{v}^2 v^2}{x^2 + v^2}$ *L ändert Hrsg.*

---

15 $\underset{..}{v}$. $\underset{..}{x}$: Zu dieser Bezeichnung vgl. N. 51_3 S. 821 Z. 12.

Idem est si quotcunque eiusmodi aequationes congerantur, quia etsi earum omnium x sint aequales; esse tamen ipsas $\underline{s}$ iterum novas. Quoniam tamen hinc novam quandam conditionem innotescere patet, hinc mirum non est, si superficierum saltem intersectionibus problema resolvatur. Equidem si plures adhuc aliae accedant aequationes, identicae sunt fateor et ex eodem principio ductae. Utiles sunt tamen, contra quam prima fronte videri possit. Equidem fateor si semel omnes problematis conditiones inclusae sint aequationi, alias omnes esse supervacuas (nisi forte ad reductiones), sed hoc loco non potuimus unquam conditionem problematis residuam plene in aequationem redigere, unde aliquot conditionibus eiusmodi semiplenis utendum est.

Superest quaerere modum describendi aliquam superficiem curvam aequatione quadam tres indeterminatas quantitates habente expressam; neque enim id a Cartesio explicatum est. Id optime opinor[:] fingi potest planum quoddam rectae cuidam velut axi affixum descendere, atque interim ex aequationis legibus crescere atque decrescere. Sed non est hoc commodum praxi.

[*Spätere Zusätze*]

[*Zusatz 1*]

Examinandum in numeris quantum intersit terminus maximus seu basis an vero altitudo in aequales partes divisa intelligatur.

Loco reductarum aliae quaedam functiones quoque ad quadraturas inveniendas serviunt. Et quas facilius ad numeros transferas.

Si geometrica ad numeros tranfers, error est aliquis, sed qui nunquam est maior termino maximo in unitatem, seu intervallum terminorum ducto. Ideoque utile est assumere intervallum terminorum minus unitate, fractionem nempe talem, ut maximus terminus in eum ductus sit tamen valde exiguus. Imo nihil prodest ni fallor haec suppositio, cum omnia eodem proportione reveniant.

5 ductae *(1)* , sed faciliorem tamen usum reddunt; ac aequationem quod alioqui ea obtineri nequeat facilius *(2)* . Utiles *L* 12 opinor[:] *(1)* fieri potest fingendo *(2)* fingi *L*

0	1	4	9	16	16	25	36	49	64
	1	3	5	7		9	11	13	15
	0	3	20	63		144	275		
	1	12	45	112		225	396		

				3		
		112		20		405
	16	45		63	170	2
16	112	12	86	144	225	$\overline{810}$
7	32	1	2	275	396	791
$\overline{112}$	$\overline{144}$	$\overline{170}$ NB.	$\overline{172}$ NB.	$\overline{405}$ *(!)*	$\overline{791}$	$\overline{19}$

Vide quam parum haec duo producta distent a duplis. Haec ultra indaganda, ductis terminis in suas differentias, summaque earum tum cum aliis, tum cum semiquadrato termini maximi.

[*Zusatz 2*]

$v = \sqrt{4ay - 4y^2}$. duplus sinus circuli

$v = \dfrac{\left[\frac{1}{2}\right] a^2}{\sqrt{ay - y^2}}$. dupla ordinata figurae angulorum

$v = \dfrac{[a]y}{\sqrt{ay - y^2}}$ vel $\dfrac{[a]\sqrt{y}}{\sqrt{\llcorner a - y \lrcorner}}$. [dupla] ordinata figurae segmentorum.

Eligatur y eiusmodi, ut portio in una quaque figura abscissa sit aequalis, nimirum quadrans, unde figura segmentorum dimidia, licet infinite longa assumenda; imo potius omnis duplae.

15 *(1)* $\mathrm{x} = \sqrt{2\mathrm{ay} - \mathrm{y}^2}$ *(2)* $\mathrm{v} =$ *L* 16 *(1)* $\mathrm{x} = \dfrac{\mathrm{a}^2}{\sqrt{2\mathrm{ay} - \mathrm{y}^2}}$ *(2)* $\mathrm{v} = \dfrac{2\mathrm{a}^2}{\sqrt{\mathrm{ay} - \mathrm{y}^2}}$ *L ändert Hrsg.* 17 *(1)* $\mathrm{x} = \dfrac{\mathrm{ay}}{\sqrt{2\mathrm{ay} - \mathrm{y}^2}}$ | vel $\dfrac{\mathrm{a}\sqrt{\mathrm{y}}}{\sqrt{\llcorner 2\mathrm{a} - \mathrm{y} \lrcorner}}$ *erg.* | *(2)* $\mathrm{v} = \dfrac{2\mathrm{ay}}{\sqrt{\mathrm{ay} - \mathrm{y}^2}}$ vel $\dfrac{2\mathrm{a}\sqrt{\mathrm{y}}}{\sqrt{\llcorner 2\mathrm{a} - \mathrm{y} \lrcorner}}$ ordinata *L ändert Hrsg.*

Hinc iam si valores v in aequationem $s^2 = x^2 + v^2 - 2vy + y^2$ inserantur,

fiet: $s^2 = x^2 + 4ay - \overset{3}{\cancel{4}}\,y^2 - \sqrt{16ay^3 - 16y^4}$.

vel $s^2 = x^2 + 4ay - 3y^2 - 4y\sqrt{ay - y^2}$.

vel $s^2 - x^2 - 4ay + 3y^2 = [-]\ 4y\sqrt{ay - y^2}$.

vel $\dfrac{s^2 - x^2}{4y} - a + \dfrac{3}{4}y = [-]\sqrt{ay - y^2}$.

$$\text{vel}\ \frac{s^4 - 2s^2x^2 + x^4}{16y^2} \quad \frac{-as^2 + ax^2}{2y} \quad \frac{+\dfrac{3}{16\ \cancel{4}}s^2\cancel{y} - \dfrac{3}{16\ \cancel{4}}x^2\cancel{y}}{\cancel{4}\cancel{y}}\ [2] + a^2$$

$$-\frac{3}{2}ay + \frac{9}{16}y^2 = ay - y^2.$$

$$\text{fiet: } \frac{s^4 - 2s^2x^2 + x^4}{16} \quad \frac{-as^2y + ax^2y}{2} + \left[\frac{3}{8}\right] s^2y^2 - \left[\frac{3}{8}\right] x^2y^2 + a^2y^2 - \left[\frac{5}{2}\right] ay^3 + \frac{25}{16}y^4 = 0.$$

Eodem modo et caetera v investigari possunt et horum locorum ad superficiem intersectio communis dabit punctum, ex qua demissae ad axem y perpendicularis quadratum dimidium aequabitur semicirculo, modo y assumatur in omnibus aequalis, ipsa nempe diameter. Id enim ad leges harum constructionum pertinet; ut figurae aequales eiusdem sunt altitudinis, ita ut eadem sit y ac determinata. Unde illud quoque.

4 f. $-$ *erg. Hrsg. zweimal* 6 2 *erg. Hrsg.* 8 $+\frac{3}{16}\mathrm{s}^2\mathrm{y}^2 - \frac{3}{16}\mathrm{x}^2\mathrm{y}^2 + \mathrm{a}^2\mathrm{y}^2 - \frac{1}{2}\mathrm{ay}$ *L ändert Hrsg.*

42. PRIMA CIRCULI QUADRATURA
[Herbst 1673]

Datierungsgründe: Die beiden Stücke dieser Nummer bildeten zunächst eine Einheit. Dies beweisen die Bogenmarkierungen sowie der kustodengesicherte Textübergang. Später hat Leibniz den Zusammenhang aufgehoben und N. 42_1 nach Umarbeitung des Schlusses, unter Beibehaltung der Markierung (1) dem eigentlichen Haupttext (Druck in einem späteren Band der Reihe VII) Cc 2, Nr. 1233A Bog. (2) u. (4) sowie Cc 2, Nr. 563 = Bog. [(3)] vorangesetzt. Hierbei ist N. 42_1, wie insbesondere die Nummerierung von Figuren und Theoremen auf Bog. (2) zeigt, durchaus selbständig geblieben. Die Entdeckung der Kreisreihe selbst ist auf Herbst 1673 anzusetzen. Dies ergibt sich aus dem Wasserzeichen des verwendeten Papiers (belegt: Nov. 1673), der Notation sowie dem vorläufigen Bericht am Jahresende 1673 an Huygens, der ihm daraufhin einschlägige Literatur mitgegeben hat (s. *HO* XX, S. 388; vgl. auch *LSB* III, 1 S. LIV–LV). — Weiterhin gibt es dafür ein spätes Selbstzeugnis (Leibniz an Conti, *LBG* S. 278), in welchem Leibniz als Zeit der Entdeckung der Kreisreihe „ungefähr Ende 1673“ angibt.

42_1. REDUCTIO GEOMETRICA

Überlieferung: *L* überarbeitetes Konzept: LH 35 II 1 Bl. 89–90. 1 Bog. 2°. 4 S. Zahlreiche Änderungen und Ergänzungen. Auf Bl. 89 r° ca 7 cm breiter Rand für die Figuren (dort auch das ebenfalls ergänzte Lemma). Bogenmarkierung.
Cc 2, Nr. 1233A tlw.



fig. 1.

19 *fig. 1.*: Entsprechend dem ursprünglichen Ansatz, s. die Variante, stellt fig. 1 eine Hyperbel dar; sie dient gleichzeitig als Paradigma für die Parabel.

Esto f i g u r a 1. FAE. et recta quaedam constans AB. abscissa quaelibet AE, applicata quaelibet EF.
Si iam $FE^2 = EB \frown AB$ vel $AE \frown AB + AB^2$. ideo ponendo $FE = y$. $AE = x$. et $BA = a$. fiet aequatio $y^2 = ax + a^2$.
Unde sequitur: $y^2 - a^2 = ax$. ac denique $\dfrac{y^2 - a^2}{a}$ vel $\dfrac{y^2}{a} - a = x$. Est autem $x = FG$. applicata trilinei concavi. Ideo cum summa omnium x facile iniri possit, habebitur et area FGA. et figurae FAE quadratura. Unde intelligi potest curvam esse parabolicam.

At si curva sit hyperbolica, et AB sit latus transversum, aequale CD. lateri recto, erit per 21. 1^mi *Conicorum* $EF^2 = AE \frown BE = BE^2 + AB \frown AE$. sive $y^2 = x^2 + ax$. Ostensum est autem alibi (vid. P. Fab. *Synops.* pag. 80. 184. 293. Tab. 1. fig. 18.) esse aliam quandam rectam constantem quam vocabo $\dfrac{a}{\beta}$, et alias quasdam rectas $\dfrac{x}{\delta}$ arithmetica progressione incedentes, quibus assumtis, retentoque y^2 applicatae hyperbolae quadrato, haec oriatur aequatio: $y^2 = \dfrac{x^2}{\delta^2} - \dfrac{a^2}{\beta^2}$.
Conferantur hae duae aequationes, fiet:

$$\frac{x^2}{\delta^2} - \frac{a^2}{\beta^2} = x^2 + ax. \text{ sive } \frac{x^2}{\delta^2} - x^2 - ax = \frac{a^2}{\beta^2}.$$

Quaestio hoc loco fieri potest an non tetragonismus circuli ex tetragonismo hyperbolae pendeat et vicissim, ob cognationem aequationum. Nam ut in circulo $y^2 = ax - x^2$. ita in hyperbola $y^2 = ax + x^2$.

1 Esto *(1)* hyperbola FAE. cuius latus rectum CD. transversum AB. *(a)* altitudo *(b)* abscissa *(2)* f i g u r a 1. FAE. et recta *(a)* quaelibet *(b)* quaedam constans *L* 3 AB². | per *(1)* 20. *(2)* 21. 1^mi Conicorum *erg. u. gestr.* | ideo *L*

9 erit: APOLLONIOS, *Conica*, I. 21. S. dazu die Variante zu Z. 3 sowie Fr. v. SCHOOTEN, *Commentarii*, *DGS* I S. 212 f. 10 vid. P. Fab.: s. N. 1.



fig. 2.

Ducta in circulo f i g. 2. chorda AB, cuius $\square$ est ax (posita $AC = x.$ et $AD = a.$), ducitur $AE = AC = x.$ perpendicularis ad $AB.$ iunctaque recta BE erit applicata hyperbolae ad axem.

Contra ducta $AF = AC.$ et iuncta $FC.$ erit $FC^2 = 2x^2.$ et $CG = CF.$ erit iuncta $BG = BE.$ applicata hyperbolae. Nam $GB^2 = CB^2 + CG^2.$

Iam $CB^2 = ax - x^2.$ et $CG^2 = 2x^2.$ erit $GB^2 = ax - x^2 + 2x^2 = ax + x^2.$

Deinde in circulo $y^2 = a^2 - x^2.$ in hyperbola vero $y^2 = x^2 - a^2.$

(Nota tamen quod ita crescunt x in circulo, quando applicatae decrescunt, cum in hyperbola simul decrescant.)

Dividantur $\dfrac{ax - x^2}{\dfrac{ax}{\beta\cancel{\delta}} + \dfrac{x^2}{\cancel{\delta^2}}}$. Videndum an eadem semper ratio, utcunque augeatur minuaturve $x.$ quod non est. Sumatur a utrobique idem, solo x posito diverso. Et postea sumatur $\dfrac{2xa - 4x^2}{\dfrac{2xa}{\beta} + 4x^2}$ vel $\dfrac{ax - 2x^2}{\dfrac{ax}{\beta} + 2x^2}$. Videndum an haec ratio eadem cum priore. At certum est non esse. Alioquin figurae forent homogeneae.

At ego aliam reperi rationem sane admirabilem demonstrandi quadraturam circuli ex data hyperbolae quadratura et vicissim.

10+12 Neben δ wäre hier auch β zu streichen gewesen. 15 vicissim: s. N. 44.

Esto in fig. 3. [*Figur s. S. 729*] circulus centro A. radio AB. quadrans circumferentiae BCD. et ex quolibet puncto in eo assumto C. ducatur tangens CE. donec scilicet radio AB producto occurrat in E. Eadem rectae BF, parallelae AD. occurret in F. Ad rectam EFC agatur ex B normalis. Denique ex C demittatur in AB perpendicularis CH.

In hoc diagrammate manifestum est ante omnia $BF = CF$. Addo iam esse etiam $BG = BH$. Ducta enim ex B in AC perpendiculari BI. ea utique ipsi EC parallela est (quia utraque est ad eandem AC perpendicularis), ergo $BG = CI$. Iam $CI = BH$. Ergo et $BG = BH$. Quod autem $CI = BH$. constat ob circuli uniformitatem, sed et nullo negotio demonstrari potest. Triangula rectangula AIB et AHC similia sunt, ob angulum non rectum BAC communem. Iam $AC = AB$. ergo et $AI = AH$. Ergo etiam $AC - AI$ seu CI erit $= AB - AH$ seu BH. Nunc AB vocemus a. et $BH = BG = CI$ vocemus x. et $HC = BI$, y. Iamque investigemus rectam BF. Quod ut fiat compendiosius, considerandum est, triangula FGB et AHC esse similia, et angulum $BAC =$ angulo BFG. Manifestum enim est angulum EBG esse $=$ angulo BAC. at angu-

729,1 *Zu* fig. 3.:



1 fig. 3.: Zunächst hat Leibniz nur den auf den folgenden Text (bis S. 734 Z. 7) bezogenen Teil von fig. 3. gezeichnet. Erst dann hat er die Figur um den die Zissoide betreffenden Teil ergänzt. S. a. die Erl. zu S. 734 Z. 11.



fig. 3.

Lemma: Si per trianguli tres angulos $A.B.C.$ totidem transeant rectae parallelae $DA.\ EB.\ FC$ et latus aliquod velut BC producatur, dum DA parallelae anguli oppositi A productae si opus est occurrat in G, rectangulum sub intervallo AG dicti anguli oppositi A a puncto occursus G et BH intervallo $EB.\ FC$ parallelarum duorum reliquorum angulorum $B.C.$ aequatur triangulo proposito ABC duplicato.

lo EBG aequalem esse angulum BFG patet. Ergo

$$BF : AC :: BG : HC. \text{ ac proinde } BF = \frac{AC \frown BG}{HC} \text{ sive } \frac{ax}{y}.$$

Nunc punctum arcus circuli AC quodlibet unum post alterum appellemus C. eodemque plane modo tractari cogitemus, similiterque punctis aliis ad priora respondentibus easdem literas $H. E. F.$ etc. demus, ac denique omnes ac singulas BF transferamus in HL. ac in punctis H respondentibus ipsi BA ordine ad perpendiculum applicemus. Orietur figura quaedam curvilinea $BLLH$. Cuius ut indagemus naturam, abscissae eius, quae eadem cum circulari est BH. relinquamus appellationem x, applicatam HL appellemus recepto more y. Atque ideo confusionis vitandae causa priori $y = HC$. substituamus eius definitionem, quae est, ex natura circuli: $\sqrt{\llcorner 2ax - x^2 \lrcorner}$. Ac proinde cum antea dixerimus $BF = \dfrac{ax}{y}$. nunc dicemus $BF = HL = y = \dfrac{ax}{\sqrt{\llcorner 2ax - x^2 \lrcorner}}$. Unde sequitur

$$HL^2 = y^2 = \frac{a^2x^2}{2ax - x^2}.$$

Nunc inverso modo quasi cognita y quaeramus ipsam x. Id est loco figurae $BLLH$ consideremus $BLLM$ figurae $BLLH$ supplementum ad rectangulum BL; sumtisque abscissis BM. quae applicatis LH prioris figurae aequales sunt, ac proinde y vocari possunt, quaerantur $ML = BH = x$. Ac proinde ut ante x assumtae sunt progressionis arithmeticae, et y quales natura figurae dare potest, ita nunc contra y velut cognitis et arithmeticae progressionis assumtis, quaeratur x.

Quod antequam fiat obiter annoto, figuram $BLLH$ esse convexam, et $BLLM$ concavam.

Nam ut confusio vitetur literarum, maior LH appelletur OP. et minor LH appelletur SR. Iamque ducta recta OB. quae ipsi SR productae si opus est, occurrat in puncto N. aio istam SR esse maiorem quam NR. ac proinde non esse opus ut SR producatur ad occursum, quod ita demonstro[:]

Cum sit $BR : [BP] :: NR : OP$. ratio ista $\left[\dfrac{BP}{BR}\right]$ appelletur β. ac OP divisa per β dabit NR, quae an maior minorve sit quam SR ita ex calculo patebit:

$OP = \dfrac{ax}{\sqrt{2ax - x^2}}$. quae divisa per β dabit $NR = \dfrac{ax}{\sqrt{2\beta^2 ax - \beta^2 x^2}}$. At SR habebimus

24 BO *sowie* $\dfrac{\text{BR}}{\text{BO}}$ L *ändert Hrsg.*

ex OP si in SR pro $[BP] = x$. substituamus $BR = \dfrac{x}{\beta}$, fiet $SR = \dfrac{\dfrac{ax}{\beta}}{\sqrt{\dfrac{2ax}{\beta} - \dfrac{x^2}{\beta^2}}} = \dfrac{ax}{\sqrt{2\beta ax - x^2}}$. Restat ergo ut videamus utrum maius sit: $2\beta^2 ax - \beta^2 x^2$, an vero $2\beta ax - x^2$. Et vero cum β sit numerus maior unitate, et a maior quam x. ideo a appellabo γx. fiet: $2\beta^2\gamma x^2 - \beta^2 x^2$, item $2\beta\gamma x^2 - x^2$, divisis omnibus per x^2, fiet: $2\beta^2\gamma - \beta^2$. item $2\beta\gamma - 1$. Quorum utrum altero maius sit nova quaestio est.

Ac primum ponamus $\beta = \gamma$. id est $[BR : BP :: BP : a]$. fiet $2\gamma^3 - \gamma^2$. item $2\gamma^2 - 1$. Manifestum est $2\gamma^3 - \gamma^2 - \gamma^2 + 1 = 2\gamma^3 + 1 - 3\gamma^2$. [esse maius quam 0.] Et vero si $\gamma = \beta$ est 2 aut maior quam 2. (Imo et si paulo minor, sed haec subtilius hoc loco determinare nihil attinet.)

Sin $\beta = \gamma + \delta$. tunc $2\beta^2\gamma - \beta^2$. item $2\beta\gamma - 1$. ita poterunt enuntiari: $2\gamma^3 + \delta^2\gamma + 2\delta\gamma^2 - \gamma^2 - \delta^2 - 2\gamma\delta$. item $2\gamma^2 + 2\delta\gamma - 1$. Ergo videndum an sit maior quam 0, haec quantitas:

$$2\gamma^3 + \underset{\theta}{\cancel{\delta^2\gamma}} + 2\delta\gamma^2 - \cancel{2\gamma\delta} + 1 - 3\gamma^2 - \cancel{\delta^2} - \overset{4}{\cancel{2}}\delta\gamma.$$

Manifestum est δ^2 esse minus quam $\delta^2\gamma$. et differentiam esse θ. Tandem manifestum est $2\gamma^3$ esse maiorem quam $3\gamma^2$ si γ sit 2 aut maior (vel etiam paulo minor) quo casu et $2\delta\gamma^2$ maior vel aequalis $4\delta\gamma$.

His ergo casibus SR maior quam NR.

Si γ est maior quam β. erit $\beta = \gamma - \delta$. et $2\beta^2\gamma - \beta^2$. item $2\beta\gamma - 1$. ita poterunt enuntiari: $2\gamma^3 + \delta^2\gamma - 2\delta\gamma^2 - \gamma^2 - \delta^2 + 2\gamma\delta$. item $2\gamma^2 - 2\delta\gamma - 1$. Videndum ergo an sit maior quam

---

15 $\dfrac{5}{4}$ $\quad \dfrac{25}{16} \frown 3 = \dfrac{75}{16}$. $\quad \dfrac{125}{64} \frown 2 = \dfrac{250}{64}$.

1 BO *L ändert Hrsg.* 6 BR : BO :: BO : a *L ändert Hrsg.* 7 esse maius quam 0. *erg. Hrsg.*

10–733,5 Die zweite und die dritte Abschätzung sind nicht fehlerfrei. Bei der 2. Abschätzung vernachlässigt Leibniz bei den Gliedern $\delta^2\gamma$ und $2\delta\gamma^2$ den zusätzlichen Faktor 2, was aber lediglich eine Vergröberung bedeutet. Bei der 3. Abschätzung kommt zu diesen noch ein wesentlicher Übertragungsfehler hinzu, so dass die 3. Abschätzung nur vermeintlich gelingt.

0 haec quantitas:

$$2\gamma^3 + \underset{\theta}{\cancel{\delta^2\gamma}} + \cancel{2\gamma\delta} + 1 - 3\gamma^2 - \cancel{\delta^2} - \cancel{2\delta\gamma}.$$

Unde rursus intelligitur, si γ sit maior quam 2, SR esse maiorem quam NR.

Generaliter ergo dici potest, si $\frac{a}{x}$ maior quam 2. erit $\frac{SR}{NR}$ maior quam 1.

At si BH maior fiat dimidia AB. contingere tandem necesse est, ut figura ex convexa concava fiat. Punctum autem flexus contrarii exacte definire, hoc loco nihil attinet.

Haec obiter tantum attulisse iuvabit, ut appareat rem eo redire, ut quaerantur duae rectae SR et NR facili calculo, dividendo basin figurae PO per β. posita β ratione altitudinis figurae BP ad abscissam datam BR. quo pacto habebitur NR; ac in eadem PO, pro x substituendo $\frac{x}{\beta}$ habebitur SR. Suppono autem ipsam PO. aequatione quadam omnia figurae puncta ad altitudinem BP referente, cognitam. Inventae SR et NR comparentur, facileque constabit ex regulis, quae de determinatione, et limitibus aequationum extant, utra alia quove casu maior sit minorve. Nam si perpetuus est vel excessus vel defectus, figura concava aut convexa est, sin aliquis limitibus continetur, duobus pluribusve flexibus contrariis figura constabit.

Ac nunc quidem ad aequationem nostram

$$y = \frac{ax}{\sqrt{2ax - x^2}}.$$

redeamus. Ac nunc quidem ipsas x. seu LM. applicatas trilinei concavi $BLLM$, quaeremus. Nimirum eliminata surditate, fiet: $y^2 = \frac{a^2x^2}{2ax - x^2}$. et reformata fractione habebimus: $2y^2ax - y^2x^2 = a^2x^2$, divisisque omnibus per x. erit: $2y^2a - y^2x = a^2x$. sive $2y^2a = a^2x + 2y^2x$, ac denique

$$\frac{2y^2a}{a^2 + 2y^2} = x.$$

---

13 constabit ex regulis: vgl. dazu Fl. Debeaune, *De limitibus aequationum*, *DGS* II S. 117–152.
20 f. habebimus: Leibniz hat anstelle von y^2x^2 irrtümlich $2y^2x^2$. Er rechnet mit dem falschen Wert konsequent bis zum Schluss des Stückes weiter. Im Laufe der Überarbeitung werden lediglich die beiden ersten Formeln bereinigt und der Fehler am Rande, s. S. 737 Z. 1, zusätzlich vermerkt.

Ergo progressio elementorum ML figuram $BLLM$ componentium ab asymmetria liberata est, sunt enim eius applicatae x inter se invicem ut numerus ad numerum; et infinita serie numerorum rationalium exacte possunt exhiberi.

Sed ne quis operam in figura hac nova pervestiganda nos lusisse putet: ostendendum nunc est idem beneficium in circulum inde redundare. Quam in rem praeclarum invenimus theorema, quod nunc breviter exponere ac demonstrare operae pretium est.

Aio igitur figuram $BLLH$ aequari segmento circuli $BCCB$ duplicato.

Cuius demonstrationem habeo pulcram admodum, sed quae generalior est, quam opus sit in rem praesentem; suffecerit ergo veritatem theorematis nostri, quanquam obliquo nonnihil itinere obtinuisse.

Quam in rem figura cissoeidis $BKTTZ$ ubilibet terminata, aut etiam longitudine infinita semicirculo generatori BDK ita imposita intelligatur, ut basis cissoeidis cum diametro circuli eadem sit BK, asymptotos autem cissoeidis ad basin perpendicularis utcunque producta BZ, semicirculi extremum B tangat. Applicatae autem cissoeidis, asymptoto parallelae, sive rectae ex punctis curvae cissoeidis, T, in diametrum demissae, TQ, transferantur in ipsam asymptoton, ibique inde a basi assumtae intelligantur, ut BZ. Iamque recta KTV ex altero semicirculi extremo K per T usque ad asymptoton producatur, cui occurrat in V.

Constat ex natura cissoeidis, hanc rectam KTV, arcum semi-circuli ABC in puncto aliquo C ita secare, ut VT sit aequalis ipsi KC. Unde sequitur, CH. sinum in diametrum BAK demissum aequari ipsi VZ.

1 componentium *(1)* surditate liberat *(2)* ab asymmetria *L* 11 rem *(1)* inspiciatur figura cissoeidis (alibi a me delineata) AIKC *(a)* , eiusque applicatae cuilibet ad circulum perpendiculari in asymptoto CF (extremum C semicirculi generatoris | eandem cum cissoe *erg. u. gestr.* | ABC tangente) | inde a C *erg.* | assumtae, addatur KH *(aa)* aequalis ED sinui circuli, ad asymptoton parallelo, ex puncto E, quo in *(bb)* vel ED sinus circuli demissus in diametrum AC ex circumferentiae circuli puncto E, quo recta ex puncto cissoeidis I in extremum *(b)* . Cuius asymptotos utcunque producta sit CF, *(aa)* basis, *(bb)* et cissoeis ipsa quae circulo *(2)* figura *L* 21 ipsi *(1)* KH. | ac proinde si perpetuo ad applicatam *(a)* cycloe *(b)* cissoeidis sinus respondens adiciatur, inde fieri BV. *gestr.* | *(2)* VZ. *L*

1 asymmetria: zur Terminologie vgl. Fl. Debeaune, *De natura aequationum*, *DGS* II S. 115.
11 *Zur Variante*: Die in der Variante angesprochene Figur ist Fig. 4 von N. 34. Leibniz hat zunächst diese Figur benützt, dann aber gemerkt, dass er damit nicht weiterkommt; er hat daraufhin fig. 3. entsprechend erweitert und im stehengebliebenen Text Z. 11–21 die Bezeichnungen angepasst.

Exempli causa cum sit $\gamma\theta = \alpha K$ erit etiam $\gamma\delta = \alpha\beta$. Quoniam triangula $\gamma\delta\theta$ et $\alpha\beta K$ similia sunt. Igitur si rectae BZ, verbi gratia $B\delta$ addatur sinus CH, v. g. $\alpha\beta$. (aequalis intervallo ZV, v. g. $\delta\gamma$) fiet inde recta BV, v g. $B\gamma$. At vero recta BV. verbi gratia $B\lambda$, quam tangentem falsam appellare soleo, quod scilicet secans, quae ei occurrit KV, v. g. $K\lambda$. non ex centro A, sed opposita circuli extremitate, educitur; est nostrae BF, initio propositae, verbi gratia ipsius $B\mu$ dupla. Quod ita demonstro:

BF est $= FC$, verbi gratia $B\mu$ est $= \mu\xi$, nam utraque circulum tangit, quare $A\mu$ arcum $B\xi$ bisecat. Quare BF sive HL, v. g. $B\mu$ sive OP vel i n t e r v a l l u m puncti in circumferentia designata, a tangente alterius puncti, in ipsiusmet puncti prioris tangente assumtum: est t a n g e n s c a n o n i c u s arcus inter duo puncta intercepti dimidiati.

T a n g e n t e m autem c a n o n i c u m id est canonis mathematici calculo comprehensum, appello, ut a tangente quolibet, utcunque limitato, aut producto discernam, eum scilicet, qui cum radio et s e c a n t e aliquo (quem eodem iure c a n o n i c u m voco) triangulum rectangulum constituit. Idque commodius videtur, quam nomina usu recepta cum magno geometra Francisco Vieta prorsus immutare.

I n t e r v a l l u m quoque inter lineam et lineam vel lineam et punctum intelligi potest vel simpliciter, quo casu est perpendicularis intercepta, vel ita ut in alia recta assumi cogitetur, cuius tunc portio est. Sed haec obiter.

Hinc vero, ut pergamus, sequitur rectam $A\mu$ esse rectae $K\lambda$ parallelam, sive angulum $BA\mu$ esse angulo $BK\lambda$ aequalem. Est enim angulus $BA\mu$ dimidius anguli $BA\xi$. at angulus $BK\lambda$. qui est ad circumferentiam, est etiam dimidius anguli $BA\xi$ qui est ad centrum, super arcu eodem [$B\xi$]. Cum ergo anguli $BA\mu$ et $BK\lambda$ sint aequales, erunt triangula μBA et λBK similia, cumque latus BK sit duplum lateris homologi BA, etiam recta $B\lambda$ erit dupla rectae $B\mu$. sive tangens canonicus semiarcus dati, erit tangens canonicus falsus arcus dati dimidiatus.

Eaedem demonstrationes vim habent, etsi punctum unum ab altero plus quam quadrante distet, id est etsi arcus BC sit maior quadrante, ut si punctum C sit α, sinus $\alpha\beta$, tangens $\alpha\varphi$, distantia eius seu perpendicularis ex puncto B in tangentem $B\pi$. Quam dico aequalem esse $B\beta$ abscissae, nam $B\varphi = \alpha\varphi$. et ob arcus circuli uniformitatem, perinde est, sive perpendicularem ducas ex una extremitate arcus B in alterius extremitatis α tangentem $\alpha\varphi$, quae perpendicularis est $B\pi$, sive ex altera extremitate α

3 f. Bλ, *(1)* quam cissoeidis falsae, sive sinu circuli auctae applicatam *(2)* quam *L* 9 puncti, | plus quam quadrante non distantis, *gestr.* | in ipsiusmet *L* 11 f. id est ... comprehensum *erg. L* 15 cum *(1)* summo g *(2)* magno *L* 22 Bμ *L ändert Hrsg.* 26–736,5 Eaedem demonstrationes ... accommodari posse. *erg. L*

ad alterius extremitatis B tangentem $B\varphi$ perpendicularem ducas, quae est abscissae $B\beta$ aequalis.

Porro cum etiam angulus $BA\alpha$ sit anguli $BK\alpha$ duplus, manifestum est, ut verbis parcam, eandem prorsus demonstrationem, quam supra dedimus, arcui quadrante maiori accommodari posse.

Ex his ita demonstratis deduco, summam omnium BF bis sumtam figuram $BLLH$ duplicatam a cissoeidis parte respondente, sive eundem arcum circuli generatoris BC. v. g. $B\xi$ habente, spatio scilicet trilineo $KT\omega QK$ differre summa sinuum CH, sive spatio circulari $BCCH$. exempli gratia $BC\xi PB$.

At vero constat, ostensum est ab eximiis nostri temporis geometris, spatium illud cissoeidale aequari triplo segmento $BC\xi B$ arcus generantis $BC\xi$, trianguli segmento subtensi $B\xi P$ area prius ab illis detracta. Hinc sequitur summam omnium BV (seu 2 BF) aequari quadruplo, et BF duplo segmento $BC\xi B$.

$$\begin{array}{lcccccc}
\text{Nam} & KT\omega QK & + & BC\xi PB & = & 2\ BLLH. \\
 & /\backslash & & /\backslash & & \\
 & 3\ BC\xi B - \cancel{B\xi P} & & BC\xi B + \cancel{B\xi P} & & \\
\text{Ergo} & & & BLLH = & 2\ BC\xi B. &
\end{array}$$

Fateor equidem potius ex theoremate nostro mensuram cissoeidis demonstrari debere, imo alibi demonstratum esse, sed malui tamen nunc quidem hanc rationem inire.

Cum ergo iam ostensum sit summam omnium LH. seu figuram $BLLHB$ aequari duplici segmento $BCCB$. at vero dudum supra sit demonstratum, differentiam figurae $BLLH$. a rectangulo BL. quod vocemus b^2 seu trilineum $BLLMB$, esse summam omnium $x = \dfrac{2y^2a}{a^2+2y^2}$. sequitur segmentum circuli duplicatum esse b^2- summ. omn. $\dfrac{2y^2a}{a^2+2y^2}$. ac proinde segmentum esse

6 deduco, *(1)* figuram omnium BF, sive figuram BLLH *(a)* aequari cycloeidi ab eodem circuli *(b)* a cissoeide eundem circu *(2)* summam *L* 10 ab *(1)* eximio geometra Ioh. Wallisio *(2)* eximiis *L* 19 imo ... esse *erg. L*

10 ostensum est: vgl. dazu J. Wallis, *Mechanica*, 1670–71, S. 531–533, 754–759 (*WO* I S. 904 bis 910).

$$= \frac{b^2}{2} - \text{summ. omn. } \frac{y^2a}{a^2+2y^2}.$$

eiusque, aut potius figurae ei aequalis, elementa crescere in ea semper ratione quae est numeri ad numerum.

Quae progrediendi ratio ut numeris explicetur, debet a supponi $=$ numero infinito, at $y = 1$. vel 2. vel 3. vel 4. etc. cum repraesentet ipsas abscissas seu BM arithmetice crescentes. Sed ut in numeris finitis series repraesentetur, ponatur a vel radius BA divisus in centum partes aequales, qualibus ipsae BM abscissae uniformiter crescunt. Quod si tabulam ad usum condere vellemus, posset BA divisa cogitari in partes 1 000 000. Nunc vero posita, ut dixi $a = 100$, et $y = 1$. vel 2. vel 3. vel 4. etc. series haec erit omnium $\dfrac{y^2a}{a^2+2y^2}$[:]

$$\frac{1}{102} \quad \frac{4}{108} \quad \frac{9}{118} \quad \frac{16}{132} \quad \frac{25}{150} \quad \frac{36}{172} \quad \frac{49}{198} \quad \frac{64}{228} \quad \frac{81}{262} \quad \frac{100}{300} \quad \text{etc.}$$

quae ducta in 100 dabit:

$$\frac{100}{102} \quad \frac{400}{108} \quad \frac{900}{118} \quad \frac{1600}{132} \quad \frac{2500}{150} \quad \frac{3600}{172} \quad \frac{4900}{198} \quad \left[\frac{6400}{228}\right] \quad \frac{8100}{262} \quad \frac{100,00}{300} \quad \text{etc.}$$

summam omnium $\dfrac{y^2a}{a^2+2y^2}$.

Nunc intelligatur recta BF. vel ei respondens ab altera parte BM. dividi in partes aequales infinitas FF. vel MM. et in diametro BK designentur totidem respondentes HH (etsi inter se inaequales), ductis scilicet FC tangentibus et CH sinubus. Iungantur

---

1 NB. error calculi in sequentibus: non erat dicendum $\dfrac{y^2a}{a^2+2y^2}$, sed $\dfrac{2y^2a}{a^2+y^2}$.

13 $\dfrac{6400}{228}$ *erg. Hrsg.* 15 *(1)* Ut si *(2)* Nunc intelligatur diameter BK. divisa in partes aequales *(a)* infinitas *(b)* quantitate sive finitas sive infinitas *(c)* sive finitas, sive infinitas *(d)* numero infinitas BH. HH. HH. etc. ut v. g. BH. vel RP. | vel $\rho\beta$ *erg.* | et ex punctis divisionis applicatae perpendiculares seu sinus HC. usque ad circumferentiam eductae intelligantur | ut in punctis C. occurrant *erg.* | v. g. Pξ. $\beta\alpha$. Denique ducantur totidem BC. *(3)* Nunc *L*

---

9 series haec: Bei konsequentem Rechnen müsste in den Nennern der folgenden Brüche 10 002, 10 008, 10 018 etc. stehen.

quaelibet proxima puncta C per rectas CC, qualis recta est v. g. $\psi\xi$. Recta CC producatur, dum occurrat ipsi BV in F, v. g. $\xi\psi$ producta incidat in V. et cum HH, v. g. RP. sit infinite parva, FC, v. g. $V\psi$ circulum tanget: dixi triangulum, duabus BC proximis, et una CC comprehensum duplicatum, aequari rectangulo $HH \frown BF$, v. g. triangulum $B\psi\xi$ duplicatum aequari rectangulo RBM, idemque de aliis omnibus triangulis ac rectangulis respondentibus dici posse, unde manifestum est, qua ratione series numerorum rationalium huc queat applicari. Nam triangula BCC, sive elementa segmentorum per triangula BCC continue adiecta in alia segmenta crescentium sunt inter se, ut numeri rationales. Quod ostendo, nam cum in rectangulo MH semper BM, y. quippe arithmetice crescentes seu figurae $BMMH$, et LM, quippe $x = \dfrac{2y^2a}{a^2 + 2y^2}$, sint rationales, erunt et rectangula comprehensa, quantitates rationales a quibus si series infinita numerorum rationalium subtrahatur, erit et residuum rationale. Residuum autem $BLLH$ segmento aequale est. Quare quantitas segmentorum circuli infinita serie numerorum rationalium explicari potest. Et triangula BCC ex hac constructione orta latitudinis infinite parvae, sive segmentorum continue crescentium elementa erunt inter se velut numerus ad numerum.

Quod ut facilius exhibeatur calculo, consideranda sunt duo, a l t e r u m quod diximus, semper rectangulum LHH, seu $LH \frown HH$, v. g. $SR \frown RB$ (vel $OP \frown PR$), esse

7–17 applicari. *(1)* Sed quoniam elegans admodum atque utilis haec consideratio est, placet eam distincte exequi. *(a)* Esto *(b)* Ponatur MM = 1. erit BM = y = 1. vel 2. vel 3. vel 4. etc. | ML = BH semper est $\dfrac{2\mathrm{y}^2\mathrm{a}}{\mathrm{a}^2 + 2\mathrm{y}^2}$. *erg.* | At a. perpetuo constans aequalis est numero infinito. Posita iam BH, hoc loco BR. infinite parva seu = HH. manifestum est triangulum BCC. inter B. et ψ. cadere nullum, eiusque valorem proinde esse 0. seu nullum. Eodem modo posito BM = y. esse infinite parvam, seu = MM = 1. erit ML, seu BH, hoc loco BR vel MS = $\dfrac{2\mathrm{a}}{\mathrm{a}^2 + 2}$, quae applicata MS. ducta in portionem altitudinis, cui applicatur aequalem 1. seu unitatem constructionis (neque enim aliter applicatae velut lineae in calculum spatiorum venire possent, nisi hoc modo, ut ridiculo utar verbo, rectangularisarentur), dabit idem $\dfrac{2\mathrm{a}}{\mathrm{a}^2 + 2}$, ut proinde imposterum ea multiplicatio subticeri possit. Rectangulum autem MLH erit hoc loco, y esse infinite parvam = MM = 1. etiam: $\dfrac{2\mathrm{a}}{\mathrm{a}^2 + 2}$, et cum subtracto *(2)* | Nam ... numerum. | Quod calculo ostendam. Minima BM esto = 1. erit minimum rectangulum $\dfrac{2\mathrm{y}^2\mathrm{a}}{2\mathrm{y}^2 + \mathrm{a}^2}$. quod si calculatur MM = 1. *gestr.* | *erg.* | Quod *L* triangulo duplicato BCC, v. g. $B\psi\xi$, aequale; a l t e r u m , quod nunc admonendum est, rectangulum eiusmodi LHH v. g. $SR \frown RB$ (aut $OP \frown PR$), fieri ex $BM = y = LH$. v. g. SR (vel OP arithmetica progressione crescentibus, ut 1. 2. 3. 4. etc.) ducto in HH, v. g. BR, differentiam inter ipsam $x = BH = ML$ assumtam, v. g. BR et inter praecedentem, quae erit 0. assumatur pro x, ipsa recta RB, nempe omnium x prima, unde differentia inter RB et 0 tunc erit ipsa RB. Quod si recta assumta $BH = ML = x$. sit alia a prima, velut si sit BP. tunc HH erit hoc loco RP, differentia inter BR, nempe x sive BH vel ML praecedentem, et BP, nempe x sive BH, aut ML, praesentem sive assumtam. Hinc facilis redditur calculus, tantum enim, computata ipsarum $x = \dfrac{2y^2a}{2y^2+a^2}$, serie, prout scilicet terminus y continue alius atque alius arithmetica progressione assumitur; sumendae sunt earum differentiae, et in ipsas y numeros scilicet progressionis arithmeticae ducendae, et habebuntur duplicatae areae triangulorum BCC (v. g. $B\psi\xi$) ex quibus segmenta circuli conflantur ac quibus velut elementis (applicatarum loco) crescunt.

$BM.\ y =$					
	1	2	3	4	5
$ML.\ x =$					
	$\frac{2a}{a^2+2}$	$\frac{8a}{a^2+8}$	$\frac{18a}{a^2+18}$	$\frac{32a}{a^2+32}$	$\frac{50a}{a^2+50}$
$\bigtriangledown^{\text{la}}\ BCC$					
		$8-2, \frown \frac{5}{3} = 10$	$18-8, \frown 3$		
	$\frac{2a}{a^2+2}$	$\frac{10a^3}{a^4+10a^2+16}$	$\frac{30a^3}{a^4+26a^2+144}$	$\frac{56a^3}{a^4+50a^2+576}$	$\frac{90a^3}{a^4+82a^2+1600}$
		/\	/\		
		$a^2+2, \frown a^2+8$	$a^2+8 \frown a^2+18$		
		/\	/\		
		$a^4+8a^2+2a^2+2 \frown 8$	$a^4+18a^2+8a^2+18 \frown 8$		
Segmenta $BCCB$					

12 duplicatae *erg.* L

18 $\bigtriangledown^{\text{la}}$ BCC: Bei konsequentem Rechnen hätten die Werte für die Teildreiecke (abgesehen von dem falschen Wert für das zweite Teildreieck) noch durch 2 geteilt werden müssen.

Posita ergo unitate, linea infinite parva, et a numero infinito, series qualem cepi in infinitum continuata segmenti cuiuslibet circularis, ex quibus maximum est semicirculus, mensuram dabit. Sed quoniam nec series infinitae absolvi, nec numeri infiniti exprimi possunt; ideo ut ista quam sunt pulchra demonstratu, tam fiant usu expedita, docere operae pretium est, quomodo hinc duci possint appropinquationes ad veram circuli mensuram omnibus hactenus inventis commodiores. Quod adeo verum est, ut ausim dicere, nihil inde a temporibus Archimedis maioris ad cyclometriam momenti repertum. Tantum ergo numerus a, infiniti loco assumendus est maximus, ita enim, quanto ille assumetur maior, tanto exactius mensura circuli eiusve partium exhibita referet veram. Deinde arte quadam, quam mox exponam series hoc loco exposita in aliam commutanda est, quae nos continuandi opere absolvat.

Ars autem illa in eo consistit, ut elementa segmentorum, ad elementa hyperbolae revocemus, quod hactenus potuit nemo; quoniam elementa hyperbolae rationalibus numeris exacte exprimi possunt, quod huc usque frustra in circulo tentatum est.

Sed ut haec praestemus resumenda est aequatio nostra naturam progressionis segmentorum exhibens, $x = \dfrac{2y^2a}{a^2+2y^2}$. Potest autem in numeratore huius fractionis, $2y^2a$, omitti a, cum enim a sit perpetuo eadem, summa per eam multiplicari potest, ut nihil opus sit repeti sigillatim, fiet ergo $\dfrac{x}{a} = \dfrac{2y^2}{2y^2+a^2}$. eam vero quantitatem aio aequalem esse huic: $1 - \dfrac{a^2}{a^2+2y^2}$. Nam $1 - \dfrac{a^2}{a^2+2y^2}$ est aequalis huic: $\dfrac{a^2+2y^2-a^2}{a^2+2y^2}$, quae est $= \dfrac{2y^2}{2y^2+a^2}$. Ergo $1 - \dfrac{x}{a} = \dfrac{a^2}{a^2+2y^2}$. Quare superest ut summam tantum omnium $\dfrac{a^2}{a^2+2y^2}$ inveniamus.

739,19–24 *Nebenrechnungen:*

$8a^3 + \cancel{16a} - 2a^3 - \cancel{16a}$			32		
$10a^3$ [*sic !*]			18		
	16	14	$\overline{256}$	18	32
	9	4	32	5	5
	$\overline{144}$	$\overline{56}$	$\overline{576}$	$\overline{90}$	$\overline{1600}$

Quam in rem considerandum est, si qua sit aequatio, talis $\frac{a^2}{a+y}$ = applicatae, posita y abscissa continue crescente, a vero recta supposita constante, figuram ex his applicatis conflatam esse hyperbolicam. Nos ut in nostra aequatione a $2y^2$ binarium multiplicantem amoliamur, pro $\frac{a^2}{a^2+2y^2}$ faciemus $\frac{\frac{a^2}{2}}{\frac{a^2}{2}+y^2}$. Unde licebit substituere $\frac{b^2}{b^2+y^2}$, modo scilicet meminisse velimus tunc b^2 aequivalere $\frac{a^2}{2}$, seu pro b intelligendum $\frac{a}{\sqrt{2}}$. Quod si ergo aequatio sit $\frac{b^2}{b+y}$. posita b recta constante; spatium, ut dixi hyperbolicum erit.
Sed non opus est ut hyperbolam quaeramus cum hyperboloeis cubica locus sit omnium $\frac{a^3}{a^2+2y^2} = x$. Erit enim $a^3 = a^2x + 2y^2x$. Quae aequatio ut reducatur ad simpliciorem, methodo quam ad exemplum regulae in conicis aequationibus reducendis a summo viro Ioh. Wittio traditae in altiori hac expertus sum, fiat $y^2 = z^2 - \frac{a^2}{2}$, et erit $a^3 = a^2x + 2z^2x - \frac{2a^2x}{2}$. sive $a^3 = 2z^2x$. quam hyperboloeidis cubicae formulam esse manifestum est, cuius datur quadratura. Quod si huc usque nihil erratum est, pro tetragonismo mechanico quaesito, habebimus verum.

7–13 *Zum ergänzten Schlussabschnitt in anderem Duktus:* Error

6–13 erit. | Nunc ut ad *gestr.*; Sed non ... habebimus verum. *erg.* | *L*

---

9 exemplum regulae: s. J. de WITT, *Elementa curvarum linearum*, *DGS* II S. 304–306.

42_2. SOLUTIO ANALYTICA

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 XII 2 Bl. 161–162. 1 Bog. 2°. 3 S. Gestrichene Bogenmarkierung. Auf Bl. 162 r° neben der Hauptrechnung verschiedene Zusätze in anderem Duktus. — Auf Bl. 162 v° Gesprächsaufzeichnung: Leibniz u. Ozanam mit nachträglichen Notizen von Leibniz; weitere zugehörige Notizen auf Bl. 161 r° u. Bl. 161 v° sowie auf LH 35 XII 2 Bl. 160 v° (vgl. dazu N. 48).
Cc 2, Nr. 561 tlw.

Ut ad comparationem spatii circularis et hyperbolici vel hyperboloeidis veniamus, animadvertendum est, quod $b+y \frown y-b$ vel $b+y \frown b-y = [y^2-b^2$ vel $b^2-y^2]$. Nam

$$\begin{array}{rl} & b \;\; +y \\ & \underline{y \;\; -b} \\ & -b^2 - \cancel{by} \\ +\cancel{by} & +y^2 \end{array} \qquad \text{et} \qquad \begin{array}{l} b \;\; +y \\ \underline{b \;\; -y} \\ b^2+yb-yb-y^2 = b^2-y^2. \end{array}$$

Ergo si applicata hyperbolica $\dfrac{b^2}{b+y}$ multiplicetur per $\dfrac{a}{b-y}$, fiet: $\dfrac{b^2a}{b^2-y^2}$.

Iam $\dfrac{b^2a}{b^2-y^2} - \dfrac{b^2a}{b^2+y^2} = \dfrac{b^4a+y^2b^2a-b^4a+y^2b^2a}{b^2-y^2 \frown b^2+y^2} = \dfrac{2y^2b^2a}{b^4-y^4} = z$.

Ergo $\dfrac{b^4-y^4}{y^2b^2} = \dfrac{a}{z}$. [Ergo] $\dfrac{b^4}{y^2b^2} - \dfrac{y^4}{y^2b^2} = \dfrac{b^2}{y^2} - \dfrac{y^2}{b^2} = \dfrac{a}{z}$. Multiplicatis omnibus per b^2, fiet: $\dfrac{b^4}{y^2} - y^2 = \dfrac{ab^2}{z}$, rursusque multiplicatis omnibus per y^2, fiet $b^4-y^4 = \dfrac{ab^2y^2}{z}$, ac multiplicatis omnibus per z, fiet: $b^4z - y^4z = ab^2y^2$, sive $z = \dfrac{ab^2y^2}{b^4-y^4}$ $\quad b^4z = ab^2y^2 + y^4z$.

Si $\dfrac{b^2a}{b^2+y^2} = x$. erit $\dfrac{b^2+y^2}{b^2} = \dfrac{a}{x}$. et $b^2+y^2 = \dfrac{ab^2}{x}$.

8 *(1)* Nunc ut ad comparationem *(a)* circuli *(b)* spatii circularis et hyperbolici | vel hyperboloeidis *erg.* | veniamus, considerandum est = *ursprünglicher Beginn* *(2)* Ut *L* 9 quod *(1)* $b+y \frown b-y = b^2+y^2$. *(2)* $b+y \frown y-b$ vel $b+y \frown b-y =$ | b^2+y^2 vel y^2-b^2 *ändert Hrsg.* |. Nam *L* 12+14 b^2-y^2. *(1)* Ergo si applicata hyperbolica: $\dfrac{b^2}{b+y}$, dividatur per $y-b$ productum erit *(2)* Ergo *L* 16 Ergo *gestr. L, erg. Hrsg.*

Leibniz-Akademie-Ausgabe, Band VII, 4

$\frac{b^2+y^2}{b^2-y^2}$ $\quad \frac{b^2-y^2}{b+y}=b-y.$ $\quad b^2+y^2 \frown b^2-y^2=b^4-y^4.$ $\quad \dfrac{\frac{b^2a}{b^2-y^2}}{\frac{b^2a}{b^2+y^2}}=\frac{b^2+y^2}{b^2-y^2}.$

$\frac{b^2-y^2}{b^2+y^2}$. Iam $\frac{b^2}{b^2+y^2}=1-\frac{y^2}{b^2+y^2}$. Ergo $\frac{b^2-y^2}{b^2+y^2}=1-\frac{2y^2}{b^2+y^2}$. Ergo $2-\frac{2y^2}{b^2+y^2}$ sive $\frac{b^2-y^2}{b^2+y^2}+1=\frac{2b^2}{b^2+y^2}$ sive $\frac{b^2-y^2}{b^2+y^2}=\frac{2b^2}{b^2+y^2}-1$.

$\frac{b^2+y^2}{b+y}=b+y-\frac{2by}{b+y}$.

$\frac{2by}{b+y}=\frac{b}{b+y}\frown 2y$. Iam ostensum $\frac{b}{b+y}=1-\frac{y}{b+y}$. Ergo $\frac{2by}{b+y}=2y-\frac{2y^2}{b+y}$. Ergo $\frac{b^2+y^2}{b+y}=b+y-2y+\frac{2y^2}{b+y}=b-y+\frac{2y^2}{b+y}$.

$\frac{2y^2}{y+b}=\frac{2y^2+2by-2by}{y+b}=2y-\frac{2by}{y+b}$.

Ostensum est $\frac{2by}{b+y}=2y-\frac{2y^2}{b+y}$. Eodem iure idem $=2b-\frac{2b^2}{b+y}$. Ergo $\cancel{2}y-\frac{\cancel{2}y^2}{b+y}=\cancel{2}b-\frac{\cancel{2}b^2}{b+y}$. sive $y+\frac{b^2}{b+y}=b+\frac{y^2}{b+y}$.

$\frac{2y^2}{b+y}=x$. daret $2y^2=bx+yx$. erit $y=z+\frac{b}{2}$. fiet:

---

3 *Unter* $\frac{2b^2}{b^2+y^2}$ *umrahmt und gestrichen:* $2-\frac{2y^2}{b^2+y^2}$. Ergo $\frac{b^2-y^2}{b^2+y^2}=1-\frac{2y^2}{b^2+y^2}$, habuimus.

10 +yx. | vel $y^2=\frac{bx+yx}{2}$. sive $y=\sqrt{\frac{bx+yx}{2}}$. sive $2y^2-bx+$ *gestr.* | erit *L*

---

10 fiet: Die folgenden Betrachtungen sind fehlerhaft. Leibniz erkennt dies und beendet sie S. 745 Z. 6 mit „Imo potius".

$$\begin{array}{l} 2z^2 + \cancel{\frac{b^2}{4}} + \cancel{\frac{bz}{2}} - \cancel{xz} - \cancel{\frac{bz}{2}} = \cancel{bx}. \\ 2y^2 + \cancel{2b^2} + by \quad - xy + \cancel{\frac{xb}{2}} \qquad \frac{bx}{2} \\ \frac{7}{4}b^2 \end{array}$$

$\frac{7b^2}{4} = bx + xy - by$. locus est hyperbole, vid. de Wit pag. 281. ubi simile exemplum.

Resumta ergo $\frac{b^2}{b^2 + y^2} = 1 - \frac{x}{a}$. et multiplicata per $b + y$ utroque aequationis termino fiet: $\frac{b^2}{b - y + \frac{2y^2}{b+y}} = b + y - \frac{bx - yx}{a}$.

$\frac{a^3}{a^2 + 2y^2} = x$.

Ergo $a^3 = a^2x + 2y^2x$. vel $\frac{a^3}{x} - a^2 = \cancel{2}y^2$. Extrahenda ergo radix ex $\frac{a^3}{x} - a^2$. Iam $\frac{a^2}{x}$ applicatam parabolae *(!)* appellemus v. fietque $v - a, \frown a, \sqrt{} = s$.



[*Fig. 1*]

Ponatur $y = z - \frac{a}{2}$. Ergo $2y, yx = 2yzx - \cancel{2}yax$. Ergo $a^3 = 2yzx - yax + a^2x$.

8 $y^2 = z^2 - a^2$.

11 $z = y + \frac{a}{2}$. $z^2 = y^2 + \frac{a^2}{4} + \cancel{2}ya$.

4 vid.: de Witt, *Elementa linearum curvarum*, *DGS* II, S. 281.

$$\begin{array}{l}
a^3 + yax = 2yzx + a^2x. \\
\qquad\quad /\backslash \qquad\qquad /\backslash \\
a^3 + \cancel{2}zax - \frac{a^2\cancel{x}}{\cancel{2}} = 2z^2x - \cancel{azx} + \frac{\cancel{2}a^2\cancel{x}}{\cancel{2}} + \frac{a^2x}{2}. \\
\qquad /\backslash \qquad\qquad /\backslash \\
a^3 + \cancel{2yax} + \cancel{a^2x} = \cancel{2yax} + y^2x + \frac{a^2\cancel{x}}{\cancel{4}} + \frac{3a^2x}{4}.
\end{array}$$

Imo potius.

Ut reducatur haec aequatio, si fieri potest: $a^3 = a^2x + 2y^2x$. fiat: $y^2 = z^2 - \frac{a^2}{2}$. et fiet: $a^3 = \cancel{a^2x} + 2z^2x - \cancel{a^2x}$. seu $a^3 = 2z^2x$. Unde intelligitur locum quaesitum esse hyperboloeidem cubicam.

Notabilis est haec reducendi methodus, quam ad exemplum regulae a summo viro Ioh. Wittio in aequationibus conicis reducendis traditae, in hac altiori sum expertus.



[*Fig. 2*]



[*Fig. 3*]

$$a^3 = a^2 + 2y^2, \frown x. \quad a^2 = \frac{a^2 + 2y^2}{a} \frown x. \quad a^2 = ax + \frac{2y^2x}{a}. \quad \frac{a^2}{a + \frac{2y^2}{a}} = x.$$

$y^2 = 2a - x^2$. Ponatur $x = z + 2a$, fiet $x^2 = zx + 2ax$. Ergo $y^2 = \cancel{2ax} - zx + \cancel{2ax}$.

8 seu *(1)* $\frac{a^3}{x} = 2z^2$. Nunc reducenda iterum $z^2 = y^2 + \frac{a^2}{2}$. *(2)* a^3 *L*   11+13 expertus. *(1)* Ponatur $y = z - \frac{a}{\mathrm{Rq}\,2}$, fiet $a^3 = a^2x - 2$ *(2)* a^3 *L*

10 ad exemplum: de Witt, *Elementa linearum curvarum* l. II, *DGS* II, S. 242–340; insbesondere S. 255, 280 f., 304–306.

fiet: $y^2 = 0 - zx$. Quod est absurdum. Ponendum ergo potius $2a - z = x$. fiet $x \frown x = 2ax - zx = x^2$. atque ideo $y^2 = 2ax - 2ax + zx = y^2 = zx$. Quod verissimum et notabile est, est enim arcus circuli locus mediarum proportionalium inter duas incognitas, seu continue variabiles.

Atque haec quidem occasionem praebent cogitandi de reducendis locis, in quibus nulla est linea cognita, ad locos in quibus aliqua est. Uti hoc loco, uti $y^2 = zx$, reducamus ad aliquam aequationem in quam recta quaedam cognita sive invariabilis ingrediatur, faciemus: $a = x + z$. vel $z = a - x$. fiet $y^2 = ax - x^2$. Unde sequitur circulum esse locum duarum mediarum proportionalium. Sciendum est autem ex duabus illis, quarum media proportionalis quaeritur, semper alteram crescere alteram decrescere, et quidem uniformiter, unde recta aequalis utrisque statui potest.

Quodsi quaerantur duae mediae proportionales, ut $y^3 = z^2x$. ponatur rursus $a =z + x$. seu $z = a - x$. et fiet $y^3 = x^3 - 2ax^2 + a^2x$. Quae non potest ultra reduci, nam quoniam scilicet altera incognitarum quantitatum, y. est in se tantum ducta, non etiam in alteram incognitam. Et si quis reducere vellet, ad aequationem solas incognitas continentem deveniret.

Ita exhibere possumus omnes figuras, quae sunt loca mediarum proportionalium, sive radicum quadratarum, cubicarum, quadrato-quadraticarum, ex rectangulis planis, solidis altiorumque dimensionum, quae duae tantum rectae ingrediuntur.

Notabile est vero etsi hae figurae sint ipsarum mediarum proportionalium, seu radicum loca; esse tamen alias curvas, plerumque uno gradu simpliciores, quibus ex rectangulo aliquo solido, aut altiore radices extrahi queant; ita duarum mediarum proportionalium locus est aequationis $y^3 = x^3 - 2ax^2 + a^2x$. et tamen possunt duae mediae proportionales inveniri loco aequationis simplicioris per parabolam, hyperbolen, ellipsin. Quod et Cartesius recte observavit, et ni fallor curvae illae gradu continue crescentes quas instrumento ex regulis mobilibus composito describere ingeniose docet. Illae ipsae sunt, quas hoc loco expono.

8 faciemus: *(1)* z = a + x. cum enim ambae cogitentur. *(2)* a *L* 12 f. z + x. | seu z = a − x. *erg.* | et fiet *(1)* $y^3 = a^2x + x^3 - 2ax^2$. Quae aequatio ut contrahatur *(2)* y^3 *L* 15 ad *(1)* locum *(2)* aequationem *L* 18 rectangulis, *(1)* prismatis *(2)* parallelepipedis, aliis *(3)* planis *L* 23 aequationis *erg.* *L*

25 ni fallor: DESCARTES, *Geometria*, *DGS* I, S. 67–69 sowie S. 19–23.

$$\frac{\dfrac{\cancel{a^2}}{a^2+y^2}}{\dfrac{\cancel{a^2}}{a^2+2y^2}} \qquad \frac{\dfrac{1}{a^2+y^2}}{\dfrac{1}{a^2+2y^2}} = \frac{a^2+\beta y^2}{a^2+y^2} = 1 + \frac{\beta - 1\lrcorner \frown y^2}{a^2+y^2}$$

$$/\backslash$$

Pro 2. vel 3. vel 4. etc. pone β. $\qquad 1 - \dfrac{a^2}{a^2+y^2}$

Ergo $\dfrac{a^2+\beta y^2}{a^2+y^2} = \cancel{1} + \beta - \dfrac{\beta a^2}{a^2+y^2} - \cancel{1} + \dfrac{a^2}{a^2+y^2}$.

$$\frac{9}{9+a^2} = \frac{9+a^2-a^2}{9+a^2} = 1 - \frac{a^2}{a^2+9}.$$

$$\frac{9}{9+1} = \frac{9}{10} = \frac{9+1-1}{9+1} = 1 - \frac{1}{10}. \qquad \frac{11}{11+1} = \frac{11}{12} = \frac{11+1-1}{11+1} = 1 - \frac{1}{12}.$$

$$\frac{9}{9+1} \;\overline{\underline{\times}}\; \frac{11}{11+1} \qquad \frac{\cancel{99}+9 \,—\, \cancel{99}+11}{9+1 \frown 11+1} = \frac{11-9}{9+1 \frown 11+1}.$$

$$\frac{1}{1000,000+1} \;\overline{\underline{\times}}\; \frac{4}{1000,000+4} \qquad \frac{4000,000+\cancel{4} \,—\, 1000,000+\cancel{4}}{1,000\ [\textit{bricht ab}]}$$

	28	
	7	
36 ——	21 ——	756
11 ······	6 ······	66
25 ——	15 ——	375
9 ······	5 ······	45
16 ——	10 ——	160
7 ······	4 ······	28
9 ——	6 ——	54
5 ······	3 ······	15
4 ——	3 ——	12
3 ······	2 ······	6
1 ——	1 ——	1
1 ······	1 ······	1
0 ——	0 ——	0

7 f. Leibniz rechnet so, dass er ein positives Resultat erhält. Die größeren Minuszeichen haben zusätzlich Klammerfunktion.

$$\frac{6a^2\beta^2}{a^4+5a^2\beta^2+4\beta^4} \;\underline{\times}\; \frac{15a^2\beta^2}{a^4+13a^2\beta^2+36\beta^4}$$

$$6a^6\beta^2 \;+\; 6 \overset{\overset{78}{\wedge}}{\frown} 13\; a^4\beta^4 + 6 \overset{\overset{216}{\wedge}}{\frown} 36\, a^2\beta^6 \lrcorner + 15a^6\beta^2 + 15 \overset{\overset{75}{\wedge}}{\frown} 5\, a^4\beta^4 + 15 \overset{\overset{60}{\wedge}}{\frown} 4a^2\beta^6$$

$$\vdots \qquad\qquad \vdots$$

$$21a^6\beta^2 \qquad 152a^4\beta^4$$

[Rechnung bricht ab]

$$\frac{1\beta^2}{a^2+\beta^2} \;\underline{\overset{+}{\times}}\; \frac{4\beta^2}{a^2+4\beta^2} = \frac{\overbrace{a^2\beta^2+\overbrace{4\beta^4+4\beta^4}^{8}+4a^2\beta^2}^{5}}{a^4+5a^2\beta^2+4\beta^4} \;\underline{\overset{+}{\times}}\; \frac{9\beta^2}{a^2+9\beta^2}$$

$$= \frac{9\beta^2a^4+45a^2\beta^4+36\beta^6 \mid + \mid 5a^4\beta^2+8a^2\beta^4+45a^2\beta^4+72\beta^6}{a^6+5a^4\beta^2+4a^2\beta^4 \mid + \mid 9\beta^2a^4+45a^2\beta^4+36\beta^6} \text{ seu}$$

$$\frac{14a^4\beta^2+98a^2\beta^4+108\beta^6}{a^6+14a^4\beta^2+49a^2\beta^4+36\beta^6} \;\underline{\overset{+}{\times}}\; \frac{16\beta^2}{a^2+16\beta^2}$$

$$= 16\beta^2a^6 + 14 \overset{\overset{224}{\wedge}}{\frown} 16a^4\beta^4 + 784a^2\beta^6 + 576\beta^8 \mid + \mid$$

[Rechnung bricht ab]

11–14 *Nebenrechnungen:*

$$\begin{array}{rrrr}
 & 16 & 49 & 36 \\
 & 14 & 16 & 16 \\
45 & \overline{64} & \overline{294} & \overline{216} \\
53 & 16 & 49 & 36 \\
\overline{98} & \overline{224} & \overline{784} & \overline{576}
\end{array}$$

1–6 In den Zählern sollte es anstelle von $6a^2\beta^2$ vielmehr $5a^2\beta^2$ und anstelle von $15a^2\beta^2$, wie ursprünglich richtig, $13a^2\beta^2$ heißen. Anstelle von $152a^4\beta^4$ sollte $153a^4\beta^4$ stehen.

$$\frac{y^2}{y^2+a^2} = \frac{y^2+a^2-a^2}{y^2+a^2} \not\!f = 1 - \frac{a^2}{a^2+y^2}.$$

$$\frac{a^2}{y^2+a^2} = \frac{\cancel{a^2} + \cancel{\frac{a^4}{y^2}} - \frac{a^4}{y^2}}{\cancel{y^2}+\cancel{a^2}} \not\!f \frac{a^2}{y^2} - \frac{a^4}{y^4+a^2y^2}$$

$$= \frac{a^4 + \frac{a^6y^2}{y^4} - \frac{a^6y^2}{y^4}}{y^4+a^2y^2} = \not\!f \frac{a^4}{y^4} - \frac{a^6}{y^6+a^2y^4} \text{ etc.}$$

$$= +\frac{a^2}{y^2} - \frac{a^4}{y^4} + \frac{a^6}{y^6} - \frac{a^8}{y^8} \text{ etc.} = \frac{a^2}{a^2+y^2}.$$

At vero $\dfrac{y^2}{y^2+a^2} = 1 - \dfrac{a^2}{a^2+y^2} =$ ut sequitur.

$$\frac{y^2}{a^2+y^2} = \frac{\cancel{y^2} + \frac{y^4\cancel{a^2}}{a^2} - \frac{y^4\cancel{a^2}}{a^2}}{\cancel{a^2}+y^2} = \frac{y^2}{a^2} - \frac{y^4}{a^4+y^2a^2}$$

